

Theol.
R 2074
R III, 11. 57.
II. 57.

PSALTERIVM DAVIDIS, ET integri loci sacrę doctrinę, ex omnibus Prophetis, cum quibusdam alijs pijs CANTICIS.

HAEC latine transferebat IOANNES BVGENHAGIVS Pomeranus Doctor, in Academia Hafniensi Danorum, Anno Christi M.D.xxxix. Nunc autem excusa sunt VVITTEMBERGAE, Anno CHRISTI M.D.xliiij. Sabbato post Natalem Iohannis BAPTISTAE.

Bibloth. C. Koch. Academ. Dorpat.

CLARISS. ET DOCTISS. viris, Magnifico domino Rectori, Generosis dominis Iohanni Phrisio Regio Cancellario & Petro Suauenio Regiæ Maiestatis á Consilijs Conseruatoribus, dominis Doctoribus & Magistris Professoribus Venerandæ Academiæ siue Almæ Vniuersitatis Haffnienſis, dominis suis perpetuo venerandis, IOANNES BVGENHAGIVS Pomeranus Sacrę Theologiæ Doctor & Domini nostri Iesu CHRISti Prædicator, exoptat Gratiam, Pacem, Misericordiam & Cõseruationem a Deo Patre nostro, & Domino nostro Iesu CHRISto.

4-U A 3379 u5067996x

SVMMAS gratias, Clariss. & doctiss. viri, agere debemus Deo Patri et Domino nostro Iesu CHRISto æterno Dei filio, quod suo Spiritu dedit in cor optimi Regis Christiani tertij, ut nõ solum curauerit in Regnis, sicut & in ducatibus apud Holtsatios & Slesuigios, pro Christi Ecclesijs & puerorum Scholis, per Visitationes Ecclesiarum, per constitutiones salariorum, per ordinationes ministrorum, lectionum & sacrarum Prędicationum, perq; horum omnium approbationem, & confirmationem, sed etiam Academiam Haffnienſem, olim erectam per Regem FRIDRicum, huius Christiani tertij auum paternum, quę ita nunc perierat, ut uix ullæ eius reliquiæ supereſsent, ita instauraverit, & primus (quod vulgo rectissime dicimus) fundauerit, ut adderet certos reditus, professores, non contemnenda salaria, honores, priuilegia etc, & hæc omnia Sigillo Regio &

gio& Sigillis Procerum Regni confirmaret,nimirum pio desiderio cupiens ut hæc sancta institituta perpetuo ita permaneant, ad gloriam Christi, ad commodũ & salutem subditorum, Quid enim, sine salarijs, sine annuo sumptu,sine professoribus, uelle instituere Scholam, esset aliud, quam ædificare domum super arenam sine fundamento? Hæc opera nostri Regis sunt uere Regia, Nam etiam Regibus & Principib⁹ dictum est a Christo Domino, Primum quærite Regnũ Dei & iusticiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis. Siquidem Deus dicit.1. Reg.ij. Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum,Qui autem contemnũt me,erunt ignobiles. Principes Christiani qui soliciti sunt pro Lazaro iacente ante fores,pro CHRisto in terris egente,id est,pro Ecclesijs Christi,pro Scholis,pro pauperibus, uicissim Benedictionem a Domino accipiunt,id est, pacem, autoritatem,potentiã, gloriam, diuitias, Quẽadmodũ Christi Spiritus in Psalmo. xli. egregie

egregie multa promittit,dicens, Beatus ille est,cui curæ est egenus,id est, CHristus siue Christi Ecclesia pauper in terris. in die mala liberabit eum Dominus etc. incidet quidem in mala,quemadmodum Rex noster incidit in mala bellorum,& Paulus dicit,Quotquot uolunt pie uiuere in CHristo, persecutionem patientur, sed tamen liberabit eum Dominus, atq; adeo glorificabit eum. Contra,Qui Principes Deum contemnentes neq; ex suis bonis, neq; ex Ecclesiasticis bonis quæ ad se rapiunt? uel tantillum curant pro paupere in terris C H R Isto & sperant se hac ratione fœlices, diuites & glorioso fore, illi uicissim hic in terris accipient a Domino maledictionem,erunt crimino si, inglorij , contempti, miseri, infœlices Rectores,omnium egeni,quemadmodũ dixit Deus, Qui me contemnunt, erunt ignobiles, Vtrumq; Prouerb. xi. sic dicitur,Desiderium Iustorum omne bonum est,prestolatio impiorum est furor. Alij diuidunt propria & ditiores fiunt,alij ra

piunt non sua & semper in egestate sunt. Postquam uero hæc diuina opera a Rege apud uos per DEI clementiam facta sunt, ad quæ ego DEI cooperarius fui, a Regia Maiestate ad hoc uocatus (Sit CHRISTO gratia in æternum) semper ut præsens, ita et absens amani Scholam uestram, Tunc enim præter alios meos non contemnendos labores, suscepi etiam laborem interpretandi in Schola uestra quædam ex Paulo & Psalmis, multa uero ex Prophetis, neq; aliquid a Schola accipere volui, delectatus tantum eruditione quorundam quos ego vicissim quandoq; isthic audiebam, ut reliqui professores, in illis sacris initijs, constituta salaria accipere possent, Nunc uero sæpe, per literas ad Regiam Maiestatem scriptas, solicitus fui, ut quæ desunt Scholæ uestrę commode perficiantur, id quod, post hosce bellorum tumultus, spero optimum Regem, qui Euangelium gloriæ DEI & uestram Scholam amat, facturum, Inter illos uero Scholasticos labores apud uos incidi

incidi etiam in hunc laborem transferendi Psalterij & Prophetarum, hac occasione, Commendaueram sæpe isthic in publica lectione auditoribus meis translationem Germanicam Bibliorum patris Lutheri, quod multi ex Danis scirent Germanice, Verum cum attenderem multo plures esse qui Germanice nescirent, consulere cupiens omnibus, neglecta mea priore Psalterij translatione, quam uocaueram Auctarium, propterea quod eam primis meis in Psalterium commentarijs adiecissem, cœpi magno studio apud uos iterum ab integro Psalterium uertere, & perfecto, ut mihi tum uidebar, Psalterio, uerti etiam latine insigniores locos ex omnibus Prophetis, & addidi Psalterio, Meum librum uidistis, ex quo aliqui tũc quædam exscripserunt, Erat constitutum ut apud uos excuderetur, sed quid obstiterit tunc quo minus hoc fieret uos ipsi nostis, Et hoc ipsum optime cecidit, Nam postea domi meæ, per hosce quinq; annos, ferè octies recognoui, emendaui, pu-

riorem uerbis latinis et clariorem sententijs feci hanc meam translationem, Adhibui quoq; subinde & consului Hebraice peritos, ne quid desit meo operi. Hæc potui (Sit Christo gratia) per aliòs interpretes qui Psalmos & Prophetas ante ex Hebræo uel Græce uel latine uerterunt, quos ferè omnes consului, maxime uero per translationem Germanicam Doctoris Lutheri, qui nisi hic præcessisset, non licuerat mihi hac uia incedere, Noui enim quàm sit mihi curta supellex. Quod autem Vetus Psalterij translatio, quæ nō ab Hebræis, unde peti debebat, sed ex Græcis sumpta est, opus habeat emendatione, non solum obscuriores et sæpe male redditæ sententiæ declarant, sed etiam quandoq; illa misera uersuum dilaniatio, ubi quod prioris versus est, sequenti adijcitur, & contra, id quod facile nunc quisq; uidebit. Quod autem & ego Psalmo. 95. Hodie si uocem eius audieritis, sequenti uersui adieci, nullo sententiæ periculo feci, exemplum Epistolæ ad Hebræos secutus.

cutus. Si cui magis placet uti ueteri translatione, intelliget eam melius ex hoc nostro labore, quam etiam ex Græcis illustriorem reddidimus in primis nostris commentarijs. Obscuritas uero translationum in Prophetis, deterruit multos a lectione Prophetarum, Id quod & Sanctus Augustinus dicit sibi accidisse, cum admonitus a beato Ambrosio, Esaiam legere uellet, Et hodie quidam Hebraice docti uertunt Prophetas in linguam latinam, in multis locis obscurissime, quædam etiam corrumpunt, per Rabinorum expositiones, punctationes, distinctiones, deprauationes seducti, ut sacra Biblia maneant in obscuro incognita latinis, etiam in hac clarissima luce reuelatæ ueritatis. Cur hodie uiri Hebraice periti, & spiritu illuminati non melius consulunt latinis? Cur Principes non uocant tales uiros? Cur non ministrant eis sumptus & commoda salaria, ut laborem transferendi Biblia in latinam linguam subire possint? Ille enim labor non est

unius uiri, & requirit totum hominem, non permittit ut alia cures, Hunc igitur meum laborem, uiri ornatissimi, apud uos natum, uobis & uestræ Scholæ offero, & dedico, ut iudicetis de translatione, et per uos exeat in publicum ad alios, hoc sanctum Enchiridion, Spero, per Dominum CHristum, hoc Enchiridion, quod continet totam sacram scripturam, gratum fore omnibus pijs, Erit enim fidus socius domi, & iucundus comes ingredientibus in Templum, aut alioqui iter agentibus, cum quo licebit confabulari, ex eo discere, precari, consolationem accipere, legere, cantare, dicere, ut uocauerunt, horas Canonicas, id est, Psalmos & sacras Prophetarum lectiones, hoc est, uere ipsam scripturam Canonicam, quemadmodum sancti Doctores, sacra Biblia appellauerunt, Si aliqui ex fratribus melius transferre norunt, emendent absq; inuidia & detractione quisq; in Libro suo, & habeant sibi, Ad hoc enim paraui ipsis commode hoc Enchiridion, ut hoc apud sese in eo

in eo præstare possint, Si autem aliqui me de quibusdam locis admonuerint, iudicabo, emendabo, & gratias agam, Non potui melius quicquam aut sanctius hoc tempore uobis offerre, Si quid præterea potero commodus esse uobis & Scholæ uestræ, nullum detrectabo laborem, Dominus noster IESVS CHRIstus Filius DEI, qui pro nobis victima factus est, sit uobiscum in æternum. Ex VVITTEMBERGA. M. D. XLIIII. Feria sexta post natalem sancti IOHANNIS Baptistæ.

VERVM, hic initio statim Hebræolos quosdam paucis, si fieri potest, placare uolo, Sit interim doctioribus Hebræis, id est, Hebraice doctis uiris, suus honor, dum candide iudicant de Psalmorum et Prophetarum sententia, quam sequimur in hac translatione, non uerbum uerbo reddentes, Scimus eos non amare hasce & similes obscuritates, Tecum principium, in die uirtutis tuæ, in

splendo-

ſplendoribus Sanctorum,ex utero ante luciferū genui te, Vbi Auguſtinus multa diſputat de Principio, Et licet uera dicat de Filio Dei, non enim potuit tantus uir de Filio Dei dicere aliud quam uerū, qui aduerſabatur Arrhianis pro gloria Filij Dei,tamen nihil dicit ad uerba Pſalmi,quæ Dauid ſcripſerat, Alij ſeſe torquent in uocabulo Virtutis, Virtus, inquiunt,uarie accipitur,Deinde,de Splendoribus Sanctorum etc mira dixerunt, quæ non requirunt uerba Dauidis, Qui tales obſcuritates amant, habeant ſibi, nō inuidemus eis, Indignentur doctioribꝰ, qui nunc claram & apertam ſententiam uerborum Dauidis indicant,Maneant in ſua ignorantia, ut nunquam intelligant in Pſalmis & Prophetis, quod Spiritus dicat Eccleſijs. Hebraice docti & uere docti uiri,hodie laborant nobis, quorū laboribus nos libenter & cum gratiarum actione utimur, tantum dolemus quando ſequuntur Rabinorum deprauationes,& contradicimus quando hoc faciunt in locis ubi de CHRIſto & Eccleſia prædicitur, quos locos nobis ſcriptura Noui teſtamenti,atq; adeo ipſi Prophetę expoſuerunt, & CHRIſtus Filius DEI ita impleuit quemadmodum prædictum erat, interim modeſtius ferimus,quod in Pſalmo Exurgat, amant ſuas ollas,tripodes & cacabos,et alibi quædam alia,contendentes ita debere transferri,modo nō addant ſuorum Rabinorum expoſitiones,& permittant alijs rectius & commodius transferre, Sit itaq; illis uiris Hebraice doctis ſuus honor, De alijs dicam. Scioli quidam, ubi primas uix deguſtarunt Hebræorum literas,non agnoſcentes quo ſpectet hoc ſanctarum literarum ſtudium,uidelicet ut altius poſtea proiecti, habeant certiorem intelligentiam ſacræ ſcripturæ, ſtatim incipiunt damnare quod non nouerunt, atq; uel in foribus Pſalmorum impingunt, Aiunt enim,cū plurale in Hebræo uident, hic non eſt legendum Beatus uir, ſed Beata uiro, uel Fœlicia uiri,id quod latine poſſent dicere, Bea-

re,Beatitudines uiri. Qui ſi ita ſuis ineptijs perrexerint,egregie ſcilicet cõſulent latinis? Vbi legimus Pſalmo.xciij. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis, nihil ſuſtinent immutari, niſi forte ut pro Credibilia,reponamus Fidelia,Cur quęſo hic non clarioribus uerbis latine dicam⁹,Verba tua ſunt doctrina certa? Pſalmo.iiij.Pro ſingulari quod eſt in Hebręo Sanctum ſuum, poſui plurale, ne Lector alió rapiatur a ſententia Pſalmi, quaſi de ſingulari aliquo Sancto hic dicatur,cum ſignificetur quiſq; D E I Sanctus,Ne calumnieris igitur,ſi & alibi me ſimiliter feciſſe uideris. Nec indigne feret Lector pius,quod in fine Pſalmi.xl. pro Facies eorum,dixi, Facies Iuſtorum,nimirum conſulens ſententiæ etc,Similiter et Pſalmo.xxviij. pro Fortitudo eorum, Fortitudo Suorum etc. Vbi non male legim⁹ ex Hebræo, Pſal.cxl, Facta (pro Fiunt) in ueritate & æquitate uel rectitudine, ridebunt me, & mirabuntur cur uoluerim reddere,Fiunt ſimplici corde & recto opere. Sed dicant ipſi mihi, quid ſignificet, facta in ueritate & æquitate,ut uiciſsim irrideam eos,non intelligentes quid ſpiritus dicat, Quem obſcuriorem Hebraiſmum dum latinis auribus clariorem reddere uellem, iuſsit Doctor Lutherus, ut ita ſententiam pro uerbis Hebręis latine exprimerem,Intolerabile uero uidebitur eis,quod Pſalmo.xxxiij.ubi legimus.Et omnia opera eius in fide, uel in ſingulari, Et omne opus eius in fide, uel in ueritate,ut ex hebræo legitur, ego Lutherum ſecut⁹ poſuerim, Et quicquid dicit,certo pręſtat.Sed dicant ipſi ſententiam horum uerborum, Quod aut non poterunt, & indigni ſunt qui nos accuſent,aut poterunt, & oſtendam eis, non aliud me dicere, ſed clarioribus uerbis reddere latinis auribus, quod Propheta canit,quando & Hebræi hoc exponunt, quod Deus eſt fidelis in promiſsis & cõminationib⁹.Quod utrumq;,ut comprehenderem,poſui, Et quicquid dicit etc, cũ antea poſuiſsem in Auctario, Et quicquid

quid promittit, Verum cum omnes Dei comminationes aduersus impios & Ecclesiæ Dei hostes, sint merę etiam promissiones pro pijs, Lutherus hic uerbo promissionum omnia comprehendit, Hanc sententiam requirit illic context⁹. Quia, inquit, rectum uel uerax est uerbum Domini, & omne opus eius, uidelicet quod sequi debet post uerbum ut sit uerax, est in fide uel fidele, id est, certo fit & stabile est, Opus Dei itaq; est efficacia uerbi prę cedentis, quæ certo uerbum sequitur, Lege reliqua in Psalmo & ita uidebis. Verbo, inquit, Domini, cœli firmati sunt etc, Vides uerbum, & per uerbum opus. Nō est tale uerbum Gentium & Principum, Dominus, inquit, dissipat consilia etc, Hæc, exempli gratia, pauca de multis indicaui, ne statim damnes quod non noueris. Sententiam Prophetæ tradere uolui, nō semper annumerare uerba, quamquam a uerbis non recedam quantum licet. Atq; in hoc suscepi hunc laborem, ut peritiores prouocem, ut tandem dent latinis puriorem scripturam quam hactenus uidimus. Si qui contenderint, nobis non licere hac libertate translationis clarius tradere quod nouimus ex Prophetis, aut recedere a Rabinorum interpretationibus, illi tradant nobis meliora, & gratias eis agemus, Obscuriora autem, quorum iam ante satis habemus, non desideramus in tanta scripturarum luce, quam dedit nunc clementia DEI. Quorsum enim attinet, quod quidam hodie impiorum Rabinorum & blasphemorum Iudæorum, detortis & violentis expositionibus sacras literas transferentes, conspurcant Psalmos & multos scripturæ locos, seipsos & alios summis consolationib⁹, quas in CHRISTO habemus, priuantes? Cur faciunt suos labores in Ecclesia Sanctorum contemptos? Qui si perrexerint, sacratissimam contemnere Apostolorū atq; adeo CHRISTI autoritatem non mirentur si uicissim ipsorum sapientiam contemnamus, Deus pacis sit nobiscum in æternum, AMEN.

A PRAE-

PRÆFATIO
DOCTORIS MARTINI LVTHERI.



VLTIEX VEteribus & S. Patribus, Psalterium præ omnibus reliquis scripturæ Libris, magnifice commendarunt, & mire amare se Psalmos testati sunt. Et profecto commendari meretur omnibus hic Libellus, quamuis paruus. Nec indigent asciticijs laudibus Dauidici Psalmi, ipsi abunde commendant sese. Et plane hic uerum est, quod dicitur, Opus celebrat artificem. Meam autem operam huc contuli, non ut instituerem PSALmorum Encomium, qui per sese laudati sunt satis, sed ut de hoc optimo Libello utcunq; meum ostenderem pijs iudicium.

Superioribus annis uidimus infinitos Libellos, sed eos ualde insulsos & ineptos circumferri, quibus sub honesto & plausibili titulo (Legendæ enim & Exempla inscripti erant Sanctorum) aniles nugæ & impudentissima mendacia continebantur. Eiusmodi scriptis iuxta stultis ac impijs sic erant referta omnia, ut interim PSALMI, in tenebris neglecti iacerent, ut ne unum quidem Psalmum haberemus commode reddítum aut intellectum. Quia tamen hic Liber Dauidis canebatur in omnibus Templis, & horarijs precibus à tot milibus frequentabatur. Ea ipsa quamuis frigida tractatione PSALMORVM, aliquis tamen odor uitæ oblatus est, plerisq; bonæ mentis hominibus, & utcunq; ex uerbis illis etiam non intellectis, semper aliquid consolationis & aurulę senserunt è Psalmis pij, ueluti ex roseto leniter spirantis. Haud aliter atq; per amęnissimum pratum ingredienti, ei qui ignorat herbarum & flo-

rum uim, suauis aliquis odor ad nares perueniat.

De PSALMIS breuiter meam dicam sententiam. Equidem nullum puto Librum Exemplorum aut Historiarum sub cœlo esse, qui Psalterio conferri possit. Proinde, si uotis adhuc à DEO impetrari deberet, ut omnia quæ in omnibus ueris Sanctorum Historijs, essent optima & selectissima, undiq; excerpta & collecta, breuissime & aptissime in unum compingerentur LIBELlum, quod sic ex optimis, ex ipso flore rerum in tota scriptura, á spiritualissimo aliquo & summo artifice fingi aut conflari posset, hoc hauddubie futurum esset tale Dauidis PSALterium, aut huius Psalterij simillimum.

Nam hic inuenies, non unius tantum Sancti uitam, sed quomodo caput omnium Sanctorum CHRIstus (ille enim in PSALmis depictus est) affectus fuerit, Quomodo adhuc omnes credentes, rebus

bus tristibus iuxta ac secundis affecti sint. Quomodo se erga Deum, erga amicos iuxta ac inimicos gesserint, Quomodo se in uarijs periculis & afflictionibus, in medio tentationum incendio, & maximis necessitatibus habuerint.

Vltra autem hoc, quod egregias doctrinas et precepta pietatis complectitur, uel hoc nomine debebat esse nobis charissimum Psalterium, quod tam manifestas Prophetias, de morte & resurrectione CRRIsti continet, quod tam egregias promissiones de regno CHRIsti, de cursu Euangelij, de statu totius Ecclesiæ, nobis exhibet. Proinde, iure parua Biblia dixeris PSALterium, in quo omnia, quæ in totis Biblijs explicatius tradita sunt, mira & iucundissima breuitate, in elegantissimum Enchiridion coacta sunt.

Si Deus ipse è cœlo porrigeret Libellum, quem diuina uoce commendaret, quam esses hunc habiturus in delicijs,

quam arrepturus auide? Psalterium, ne dubita, ipse Spiritus sanctus, tanquam filiolis pater, formam præscripsit precum, hoc Enchiridion ipse suis discipulis concinnauit, collectis Exemplis et gemitibus & affectibus, quasi multorum milium, quorum solus ipse corda uidet & nouit. Si tota Biblia igitur legere non posses, En sola lectione PSALterij, non modo pietatis summam, sed & omnia summa, et spiritualissimas experientias habes.

Præterea & hæc Psalmorum præcipua uirtus est, Cum in reliquis scriptis & Historijs, opera tantum & corporalis exercitatio Sanctorũ describantur, admodum paucas inuenias Historias, quæ sic uerba, uoces, et sermonem (qui character animi est) nobis describant in Sanctis. Ibi igitur piarum mentium delitium potest esse Psalterium, ibi adeo iucunda lectio sunt Psalmi, ut ex eis non modo opera Sanctorum, sed & singula uerba & uoces,

uoces, sed & gemitus & colloquia, quibus coram DEO in tentationibus iuxta ac consolationib⁹ usi sint, cognoscas, sic ut quamuis mortui sint, tibi tamen in Psalmis adhuc uiuant & loquantur. Aliæ igitur Historiolæ & Exempla Sanctorum, quæ opera describunt, si PSAlterio conferantur, mutos nobis Sanctos proponunt, & omnia ibi muta sunt. In Psalmis uero, quia uoces sunt in fide orantium, omnia uiuunt, omnia spirant & uiuos nobis, alacres, ac fidei affectu in medijs etiam afflictionibus erectos exhibent Sanctos. Mutum hominem, potius mortuum truncum quam hominem dicas. Et nulla re homo á reliquis pecudibus atq; sermonis usu discernitur. Figuram hominis, si artificis accedat industria, uel saxum accipit, Et reliqua ἀλογα sic edunt, bibunt, sic etiam sensuum utuntur organis atq; nos, ad tolerandos autem labores sunt etiam corpore ualidiori, Sermo solus hominem discernit á belua, Is

autem mentis character est & speculum.

Cum igitur sermonem, uerba & uoces Sanctorum describant Psalmi, ipsorum mentem nobis depingunt. Non enim familiares illas et uulgatas uoces sanctorum describunt Psalmi, sed patheticas illas & ardentissimas, ubi magno seruo in ipso paroxismo tentationū, quasi in quadam acerrima lucta Iacob, cor suum, non coram amiculo, non coram homine, sed coram DEO suo effuderunt. Psalmi igitur non modo opera & uoces Sanctorum, sed ipsum abditissimum cordis ipsorum thesaurum, intimos animi motus & affectus cordis, exprimunt. Vultus & os Dauidis, quo uarias illas ærumnas & pericula, quibus Deus eum exercuit, pertulerit, uidere uelles, Lege Psalmos, qui tibi non tantum externum, sed & interiorem illū Dauidem expressius reddunt, quam ipse sese coram, ullis uerbis describere potuisset. Quid igitur præ Psalmis sunt reliquæ Historiæ, quæ opuscula tantum, & nescio

nescio quæ miracula Sanctorum, decantant? Nondum cor & affectus uideo, etiamsi opera & miracula uideam.

Quemadmodum autem longe malem audire Dauidem aut similem Sanctum loquentem, quam uidere illius corporalia exercitia, Ita adhuc omnium maxime optarim, intimas cogitationes Dauidis, et intimum illud certamen fidei cognoscere. Hoc autem præstant Psalmi opulenter, ut ex eis cognoscere possimus, quomodo Sancti in tentationibus animati fuerint, quo ardore uerborum animi sui affectus expreſserint.

Cor enim humanum non aliter habet atq; nauicula in medio mari, quæ ex omni parte periculis & uentorum exposita sit ludibrio. Hinc enim animos nostros solicitudo & mœtus futuri mali, ueluti subita tempestas exarmat. Illinc pusillanimitas & cordis mœsticia, ueluti altis fluctibus

ctibus nos opprimit. Mox fiducia rerum secundarum, plenis carbasis in cœlũ nos tollit. Rursus securitas bonorum præsentium, præter spem nauiculam scopulo illidit. Tot igitur huius uitæ discrimina, eiusmodi mille pericula, facile nos acuunt & excitant, facile docent, ex intimis suspirare uisceribus, totum cor effundere, et toto mentis ardore clamare ad cœlum. Longe ardentiores querelæ sunt eorum, qui uere dolent, quàm qui animi angustiam simulant tantum. Longe alacrior, excitatior, feruentior & uultu & uerbis & toto oris gestu est, is qui ex corde gaudet, quàm qui simulate tantum frontem exporrigit. Hinc germanice dicitur, Es gehet nicht von hertzen, quando tristes rident, aut læti lachrymas ui exprimunt.

Psalmorum uoces ex ueris & uiuis prorumpunt affectibus. Bona autem pars Psalmorum eiusmodi pathetica sunt & ardentissimorum affectuum uerba, omnis

omnis generis tentationum & afflictionum. Nusquam inuenies fœlicius aut significantius expressum gaudentis & exultantis animi affectum, quàm Psalmos gratiarum actionis, seu Psalmos laudum. Ibi enim in Sanctorum corda, haud aliter atq; in Paradisum aut in apertum cœlum licet respicere, quanta ibi uarietate subinde exoriantur amœni illi flosculi, et micantissimę stellulæ, dulcissimorum erga Deum & illius beneficia affectuum. E contra nusquam inuenies significantioribus uerbis descriptam mentis angustiam, animi dolorem et mœsticiam, quam in Psalmis tentationum seu querelarum, ut Psalmo. 6. & similibus. Ibi ipsam mortem, ipsum infernum uides suis depictum coloribus, ibi omnia uides atra, omnia tristia, conspectu iræ diuinæ & desperationis. Sic etiam ubi de spe, de timore loquuntur Psalmi, sic suis natiuis uocibus hos affectus describunt, ut nullus Demosthenes, nullus Cicero, hoc expressurus fuerit uiuidius

uidius aut fœlicius. Nam, ut dixi, hoc præ cæteris scriptis proprium habent Psalmi, ut Sancti eos nō in uentum loquuti sint, non ad amiculum, sed coram Deo suo, & ut coram oculis Dei. Hoc enim in primis affectꝰ acuit et accendit, hoc omnia ossa, omnes medullas ueluti excitat, cum creatura serio coram Deo suo loquit̃. Quando alias amiculo aut homini conqueri mur nostras necessitates, non sic ardent, non sic uiuunt, non sic æstuant omnia affectuum impetu.

Psalterium igitur quia affectus continet, Libellus est omnibus Christianis sic accommodabilis, ut quilibet uere pius, in quacunq; sit tentatione, in Psalmis uerba et affectus inueniat, quę ad suas afflictiones non aliter quadrent, quàm si hodie, de tuis proprijs afflictionibus hęc carmina scripta & condita essent. Hoc ipsum autem potest magnę esse tibi consolationi, quando Psalmi tibi ualde placent. Extat uox Quintiliani, Is sciat se profecisse,

cui

cui Cicero ualde placet. Hoc forsan non inepte huc torsero, Is sciat se profecisse in sacris, quem Dauidica carmina ualde consolant̃. Quando enim similiter afficeris, quando nerui & fides Psalterij, simili affectu et motu animi tui pulsę retinniunt, certificaris, te esse in congregatione electorum Dei, cum eundem in modum afflígaris, quo ipsi afflicti sunt, cum simili fide & affectu ores, quo ipsi orarunt. In credulo & frigido Lectori insipidi sunt Psalmi.

Postremo, Psalmi, pars ea sunt, in uita Sanctorū, quam omnium tutissimo imiteris. Alia exempla et historię, quibus uō uoces & uerba, sed opera tantum Sanctorum descripta sunt, multa habent quę nō possumus imitari in Sanctis, ut prodigia et uirtutes. Pleraq; etiam opera eiusmodi sunt, ut citra periculum graue non possis imitari, ut quæ sectas & hęreses excitant & ab unitate spiritus auocant, ut in Monachatu uidimus. Psalmi autem á sectis

auocant

auocant ad unitatem ſpiritus, docentq; rebus ſecundis retinere timorem, aduerſis uero ſpem non abijcere, & ſic uerum τὸ αυτο φρονεῖμ, idem ſapere, & ſimiliter affectum eſse cum omnibus Sanctis.

In Summa, ſi cernere cupis Chriſtianam Eccleſiam, ueluti in elegantiſsima tabula depictam, uiuis & ſpirantibus coloribus, tum Pſalterium accipe in manum. Hoc enim tibi puriſsimi ſpeculi uice fuerit quod tibi repreſentet ueram Eccleſiæ, imò ſi pius ſis, etiam tuiſpſius imaginem, ut iuxta illud Sapientis, γνῶθι σε αὐτὸμ, uere teipſum noſcas, imò Deum & creaturas omnes.

Proinde uigilemus ut hoc noſtro ſeculo, pro hac reuelatione uerbi, pro inenarrabili hoc dono Dei, grati ſimus. Vtamur his tantis donis ad gloriam DEI, & commodum proximi, ne noſtræ ingratitudinis graues pœnas demus. Nam, non ita ante multos annos, durante illa barbarie, quantus theſaurus fuiſset habitus, ſi uel

uel unum Pſalmum habuiſsemus, bene cognitum aut intellectum, & ne unum quidem habuimus. Nunc autem beati ſumus in tanta opulentia, Et beati oculi, qui uident, quæ nos uidemus, & aures quę audiũt, quę nos audimus. Sed quàm metuo, ne cum Iudæis in deſerto, manna faſtidientes, dicamus, Nauſeat anima noſtra ſuper cibo illo leuiſsimo. Verum, iudicium ſuum portabunt uerbi contemptores, quicunq; ſint illi, Quemadmodum Iſraelitę iudicium horrendum portauerunt. Nos autem ſeruet & prouehat in cognitione uerbi ſui Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, per Ieſum CHRIſtum Dominum noſtrum. Cui laus & gloria, pro hoc Pſalterio, & omnibus donis, quibus excellenter ditauit nos, in ſęcula, Amen.

In fine Litaniarũ, poſt, Dona uobis pacem, ſcribe ſic. CHRISTE, *Exaudi nos.* KYRIE, *Eleiſon.* CHRISTE, *Eleiſon.* KYRIE, *Eleiſon,* AMEN. *Pater noſter &c.* BEATVS

PSALTE- I.

RIVM DAVIDIS:

PSALMVS PRIMVS.



EATVS EST uir qui non ambulat in consilio impiorꝝ, nec stat in uia peccatorū, nec sedet in consessu illusorum.

Sed in lege DOMINI est uoluntas eiꝰ, et meditatur legem eius die ac nocte.

Is est sicut arbor plantata ad riuos aquarum, quæ dat fructum suum tempore suo, & folium eius non marcescit, & prosperum est quicquid ipsa facit.

At impij non sunt tales, sed ut palea quã uentus dispellit.

Ideo non persistunt impij in iudicio, neq; peccatores in congregatione iustorum.

Quoniam nouit DOMINVS uiam iustorum, uia autem impiorum perit

Psalmus 2.

QVARE tumultuantur gentes, & populi meditantur inania?

Insurgunt reges terræ, et Principes consultãt simul, aduersus DOMINVM, & aduersus Christum eius.

Dirumpamus uincula eorum, & proijciamus a nobis funes eorum.

At habitator cœli deridet, & DOMINVS subsannat eos.

Aliquando loquetur ad eos in ira sua, et in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitui Regem meum super Zion montem sanctum meum.

Prædicabo statutum DOMINVS dixit ad me, FILIVS MEVS es tu, Ego hodie genui te.

Postula a me, & dabo tibi gentes in hæreditatem, & in possessionem tuam terminos terræ.

Pasces eos sceptro ferreo, & ut opus figuli confringes eos.

Nunc

Nunc ergo uos reges erudimini, discite disciplinam accipite uos iudices terræ.

Seruite DOMINO in timore, & exultate in tremore.

Osculamini filium, ne irascatur, & uos pereatis in uia, quoniam breui exardescet ira eius, At beati omnes qui confidunt in eum.

Psalmus. 3.

Psalmus Dauid, cum fugeret Absalom filium suum.

DOMINE quãm multi sunt qui adfligunt me, multi insurgunt aduersum me.

Multi dicunt de anima mea, non est ei salus in Deo. Sela.

Tu autem DOMINE scutum es pro me, glorificans me & exaltans caput meum.

Voce mea ad DOMINVM clamo, & ipse exaudit me de sancto monte suo. Sela.

Ego cubo & dormio & euigilo, quia DOMINVS sustentat me.

Non timebo centum milia populorum, qui obsident me.

Exurge DOMINE, salua me Deus meus, quoniam tu percutis in maxillam omnes aduersantes mihi, dentes impiorum confringis.

Apud DOMINVM est salus, & tua est benedictio super populum tuum. Sela.

Psalmus. 4.

Psalmus Dauid ad præcinendum fidibus.

CVM inuoco exaudi me Deus iusticiæ meæ, qui consolaris me in angustia, miserere mei & exaudi orationem meam.

O uiri quousq; gloria mea erit opprobrio? Quare diligitis uanitatem & quæritis mendacium? Sela.

Cognoscite quod mirabiliter agit DOMINVS erga sanctos suos, DOMINVS audit quoties clamo ad eum.

Si irascimini, nolite peccare, loquimini cum

cum cordibus uestris in cubilibus uestris & silete. Sela.

Sacrificate sacrificia iusticiæ, & sperate in DOMINO.

Multi dicunt, quis ostendet nobis bonum? At tu DOMINE leua super nos lumen uultus tui.

Tu lętificas cor meum, dum illi frumento & musto abundant.

In pace simul cubo & dormio, quoniam tu solus DOMINE securum habitare me facis.

Psalmus. 5.

Psalmus Dauid ad præcinendum pro hæreditatibus.

VERBA mea auribus percipe DOMINE, intellige meditationem meam.

Atttende ad uocem clamoris mei, rex meus et Deꝰ meus, quia ad te orabo.

DOMINE, mane audi uocem meam, mane accommodabo me tibi & obseruabo.

Quoniam tu non es Deus cui placeat

impietas, malignus nō moratur apd̄ te.
Inflati non consistent coram oculis tuis, odisti omnes operarios iniquitatis
Perdis loquentes mendacium, sanguinarium et dolosum abominatur DOMINVS.
Ego autem in multitudine misericordiæ tuę introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tui.
DOMINE deduc me in iusticia tua propter inimicos meos, dirige ante me uiam tuam.
Quoniam nihil certi est in ore eorum, interiora eorum sunt noxia, guttur eorum est sepulchrum patens, linguis suis blandiuntur.
Condemna eos Deus, ut frustrentur consilijs suis, propter multitudinem præuaricationum ipsorum expelle eos quoniam contristant te.
Lętentur uero oēs qui confidunt in te, in ęternum glorientur quia protegis eos, exultent in te qui diligunt nomen tuum. Quo-

Quoniam tu DOMINE benedicis iusto, beneuolentia uelut scuto coronas eum.

Psalmus. 6.

Psalmus Dauid ad præcinendum Ogdochordo.

DOMINE ne in furore tuo arguas me, neq̄ in ira tua corripias me.
Miserere mei DOMINE quoniam infirmus sum, sana me DOMINE quoniam conturbata sunt ossa mea.
Et anima mea turbata est ualde, sed tu DOMINE quousq̄?
Conuertere DOMINE & eripe animam meam, salua me propter misericordiam tuam.
Quoniam non est in morte commemoratio tui, in inferno quis gratias aget tibi?
Laboro gemitu meo, natare facio tota nocte lectum meum, lachrymis meis rigo stratum meum.
Tabescit piæ tristicia facies mea & in-

ueterauit, dum vndiq; tribulor.
Discedite a me omnes operarij iniquitatis, quoniã audit DOMINVS uocem fletus mei.
DOMINVS audit obtecrationem meam, DOMINVS suscipit orationem meam.
Erubescant & conturbentur ualde omnes inimici mei, uertantur in fugam & erubescant subito.

Psalmus. 7.

Innocentia Dauid, de qua cecinit DOMINO, propter uerba Aethiopis filij Iemini.

DOMINE Deus meus in te confido, salua me ex omnibus persequentibus me & erue me.
Ne rapiant ut Leo animam meam & lacerent, dum nullus est qui eruat.
DOMINE Deus meus si feci hoc, si hæc iniquitas est in manibus meis.
Si retribui malum, pacem habenti erga me, aut expoliaui eos qui me sine causa persequuntur.

Perse-

Persequatur inimicus animam meam, et comprehendat, & conculcet ad terram uitam meam, & gloriam meam in puluerem collocet. Sela.
Exurge DOMINE in ira tua, & eleuare contra furores tribulantiũ me, & excita mihi iudicandi potestatem quam mihi præcepisti.
Vt congregatio populorum circundet te, propter ipsam in altum reuertere.
DOMINVS est iudex populorum, indica mihi Domine secundum iusticiam meam & secundum hanc innocentiam meam.
Consummetur quæso malicia impiorũ, & dirige iustum, tu enim Deus iustus, exploras corda & renes.
Scutum meum est apud Deum, saluantem rectos corde.
Deus est iudex iustus, & est Deus comminans quotidie.
Nisi conuertantur, gladium suum acuit, tendit arcum & dirigit eum.
Et super ipsum parat tela mortifera, sa-

gittas suas aptat ad perdendum.
Ecce ille parturit iniquitatem, concepit laborem, & parietrem nihili.
Lacum excidit et effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.
Conuertetur labor eius in caput ipsius, & iniuria eius descendet in uerticem ipsius.
Gratias ago DOMINO pro iustitia sua, & psallam nomini DOMINI altissimi.

Psalmus. 8.

Psalmus Dauid ad præcinendum super Githith.

DOMINE Dominator noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra, ubi laudem tuam super Ethera ponis.
Ex ore infantium & lactentium fundasti Munitionem, propt inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem.
Quoniam uidebo cœlos tuos opus digitorum tuorũ, lunam & stellas quæ tu fundasti.

Quid

Quid est homo quod memor es eius, & filius hominis quod uisitas eum?
Derelictum paulisper a Deo sines eum, at gloria & decore coronabis eum.
Dominum constitues eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti pedibus eius.
Oues & boues uniuersa, præterea & animalia campi.
Volucres sub cœlo & pisces in mari, & ea quæ perambulant semitas maris.
DOMINE dominator noster, quam admirabile est nomen tuum in uniuersa terra.

Psalmus. 9.

Psalmus Dauid ad præcinendum de speciosa iuuentute.

GRATIAS ago DOMINO ex toto corde meo, narro omnia mirabilia tua.
Lętor & exulto in te, psallo nomini tuo altissime.
Quod inimicos meos uertisti in fugam, corruerunt & perierunt coram facie tua.

Quo-

Quoniam tu agis ius & causam meam, sedes super thronum iustus iudex.
Increpas gentes & perdis impium, nomen eorum deles in æternum & semper.
Inimicorum gladij defecerunt penitus, ciuitates euertisti, periit memoria eorum cum ipsis.
DOMINVS autem in æternum manet, parauit sedem suam ad iudicandum.
Et ipse iudicabit orbem terræ iustissime, & gubernabit populos æquissime.
Et DOMINVS est protectio pauperum, protectio in tempore tribulationis.
Idcirco sperant in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinquis quærentes te DOMINE.
Psallite DOMINO qui habitat in Zion, annunciate inter populos opera eius.
Quoniam recordatur, & est requirens sangui-

sanguinis eorũ, non obliuiscitur clamoris pauperum.
Miserere mei DOMINE, uide quod affligor ab odientibus me, qui exaltas me ex portis mortis.
Vt enarrem omnes laudes tuas in portis filiæ Zion, & exultem in saluatione tua.
Demersæ sunt gentes in foueam quam fecerunt, pes eorum captus est reti, quo sunt insidiati.
Ita DOMINVS innotescit quod est iudicium faciens, impius illaqueatur opere manuum suarum, Meditatio. Sela.
Conuertantur impij ad infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Dei.
Quoniam non obliuiscetur perpetuo pauperum, spes miserorum non perit in æternum.
Exurge DOMINE ne inualescat homo, iudicentur gentes coram te.
Da eis DOMINE doctorem, ut cognoscant gentes quod homines sunt. Sela.

Psalmus

Psalmus. 10.

QVARE DOMINE stas â longe, occultas te in tempore tribulationis?

Dum superbit impius, perit pauper, cõspirant in nequitijs quas excogitant.

Quoniam gloriatur impius de desiderio animæ suæ, & auarus benedicens sibi blasphemat DOMINVM.

Impius præ superbia iręsuæ nihil curat, nihil est Deus in omnibus nequitijs eius.

Vijs suis pergit omni tempore, sublata sunt iudicia tua a conspectu eius, de omnibus aduersarijs suis agit confidenter.

Dicit in corde suo, Non mouebor, ero sine malo a generatione in generationem.

Os eius plenum est maledictione, dolo & fraude, in lingua eius labor est & dolor.

Sedet in insidijs atriorum, in occultis interficit innocentem, oculi eius paupe res obseruant. Insidi-

atur in occulto sicut Leo in spelunca, insidiatur ut rapiat miserum, & rapit miserum cum trahit eum in rete suum.

Conterit, opprimit, prosternit turbam pauperum uiolenter.

Dicit in corde suo, oblitus est Deus, abscondit faciem suam ne unquam uideat.

Exurge DOMINE Deus, leua manum tuam, ne obliuiscaris miserorũ.

Quare blasphemabit impius Deum, dicens in corde suo, quod hæc tu non requiras?

Vides autem, quoniam tu laborem & merorem consideras, in manibus tuis hæc sunt, hæc tibi commendat pauper, tu es pupilli adiutor.

Confringe brachium impij, malitiam require, tunc impietas eius ultra non inuenietur.

DOMINVS est rex in æternum & semper, pereant gentes ex terra eius.

Desiderium miserorum audis DOMINE,

NE, certum facis cor eorum quod auris tua attendit.

Vt iudices pro pupillo & paupere, ne amplius tyranniset homuncio super terram.

Psalmus. 11.

Psalmus Dauidis ad præcinendum.

IN DOMINVM confido. Quomodo suadetis animæ meæ ut fugiat in montes uestros sicut auis?

Quia ecce impij tendunt arcum, parant sagittam suam super neruum, ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quia fundamenta destruunt, quid faceret iustus?

DOMINVS est in Templo sancto suo, sedes DOMINI est in cœlo, oculi eius attendunt, palpebræ eius explorant filios hominum.

DOMINVS explorat iustum, sed impium & diligentem iniurias odit anima eius.

Pluet super impios fulgura, ignem & sulphur, & uentus procellarum erit portio calicis eorum. Quo-

Quoniam iustus est DOMINVS et iusticias diligit, quod enim rectum est attendunt facies iustorum.

Psalmus. 12.

Psalmus Dauidis ad præcinendum Ogdochordo.

SALVA DOMINE, quoniam defecerunt Sancti, quoniam defecerunt fideles inter filios hominum.

Vana loquuntur vnusquisq; cum proximo suo, & adulantur docentes ex diuerso corde.

Eradicet DOMINVS omnia labia adulatoria, & linguã magniloquam.

Qui dicũt, lingua nostra regnemus, nostrum est dicere, quis nostri dominatur?

Propter uastatum miserum & gementem pauperem, nunc exurgam, dicit DOMINVS, fundabo salutem quę confidenter aget contra eos.

Videlicet eloquia DOMINI quæ sunt eloquia pura, argentum igne probatũ in uase testaceo, probatum septies. C Tu

Tu DOMINE serua ea, & custodi nos a generatione hac in æternum.

Nam circunquaq; omnia plena erunt impijs, ubi isti uentres regnauerint inter filios hominum.

Psalmus. 13.

Psalmus Dauidis ad præcinendum.

QVousq; DOMINE obliuiseris mei perpetuo? Quousq; abscondes faciem tuam a me?

Quousq; solicitus ero in anima mea, anxius in corde meo quotidie? Quousq; exaltabitur inimicus meus super me?

Respice quæso & exaudi me DOMINE Deus meus, illumina oculos meos ne obdormiam in morte.

Ne dicat inimicus meus, præualui aduersus eum, ne hostes mei exultent de lapsu meo.

Ego autem spero in misericordiam tuam, cor meum exultat de saluatione tua, cantabo DOMINO, quoniam mihi benefecit. Psal-

Psalmus. 14.

Psalmus Dauid ad præcinendum.

DICIT insipiens in corde suo, Deꝰ nihil est, perditi sunt & abominabiles studijs suis, non est aliquis qui faciat bonum.

DOMINVS de cœlo prospicit super filios hominum, ut uideat num sit aliquis intelligens qui requirat Deum.

Omnes declinauerunt, inutiles simul sunt, nõ est aliquis qui faciat bonum, ne unus quidem.

Nullus ne operariorum iniquitatis hoc cognoscet? Qui comedunt populũ meum uentris sui causa, DOMINVM autem non inuocant.

Ibi pauentes metuunt, at Dominus adest generi iustorum.

Vos confunditis consilium pauperis, sed DOMINVS est fiducia eius.

Vtinam detur ex Zion salus Israel, & DOMINVS soluat captiuitatem populi sui, tunc exultabit Iacob, & lętabitur Israel. C 2 Psal-

Psalmus. 15.

Psalmus Dauidis.

DOMINE quis habitabit in tabernaculo tuo? Aut quis morabitur in monte sancto tuo?

Qui graditur integer, & operatur iustitiam, & ex corde loquitur ueritatem.

Qui lingua sua non detrahit, nec facit proximo suo malum, nec ignominia afficit eum.

Qui despicit reprobrum, timentes autem DOMINVM glorificat, qui quod iurat proximo suo præstat.

Qui pecuniam suã non dat ad usuram, & munera contra innocentem non accipit, hæc itaq; faciens non mouebitur in æternum.

Psalmus. 16.

Aureum Dauidis.

SERVA me Deus, quoniam confido in te.

Dixi DOMINO, tu es Dominus, propter te non est mihi bene.

Pro sanctis qui super terram sunt et pro magnificis, erga quos est omnis mea uoluntas.

Ad alium autem accelerantes multiplicabunt dolores suos, non libabo libamen eorum cum sanguine, nec assumam nomen eorum labijs meis.

DOMINVS est portio hæreditatis meæ & calicis mei, Tu sustentas sorten meam.

Sors cecidit mihi super amena, hæreditas speciosa obuenit mihi.

Laudo DOMINVM qui consuluit mihi, etiam noctu castigant me renes mei.

Pono DOMINVM in conspectum meum semper, quoniam a dextris meis est ne commouear.

Idcirco lætatur cor meũ, & exultat gloria mea, & caro mea requiescet secure.

Quoniam nõ derelinques animam meam in inferno, nec permittes ut sanctus tuus corrumpatur.

Notam mihi facis uiam uitæ, coram te

abundantia est lætitiarum, & ad dexteram tuam iucunditates in æternum.

Psalmus 17.

Oratio Dauidis.

EXAVDI DOMINE iustitiam, ausculta clamorem meum, auribus percipe orationem meam non ex labijs dolosis.

Tu pronuncia in causa mea, oculi tui uideant, quod rectum est.

Tu exploras cor meum & uisitas nocte, igne examinas me, & nihil inuenis, statui ut non præuaricetur os meum.

Et ego conseruo me in uerbo labiorum tuorum ab operibus hominum, in uia latronis.

Sustenta gressus meos in uestigijs tuis, ut non labantur uestigia mea.

Ad te clamo Deus ut me exaudias, inclina aurem tuam mihi, & audi uerba mea.

Exhibe

Exhibe mirabiliter misericordias tuas saluator credentium, contra resistentes dexteræ tuæ.

Custodi me ut pupillam oculi, protege me sub umbra alarum tuarum.

A facie impiorum qui me uastant, ab inimicis meis qui animam meam circunquaq; impetunt.

Pingues eorum conspirant, os eorum loquitur superbiam.

Itinera nostra obsident, oculis suis obseruant ut nos in terram deijciant.

Vt Leo paratus ad predam, & ut Catulus Leonis habitans in occultis.

Exurge DOMINE, preoccupa eum, & prosterne eum, eripe animam meam ab impio per gladium tuum.

A uiris manus tuæ DOMINE, a uiris huius uitæ, quorum portio est in hac uita, quibus reples uentrem ex thezauris tuis, abundant filijs & relinquunt reliquias suas paruulis suis.

Ego autem in iustícia uidebo faciem tuam, satiabor cum euigilauero ad similitudinem tuam.

Psalmus 18.

Ad precinendum Psalmus Dauidis serui DOMINI, qui loquutus est DOMINO uerba Cantici huius, quando liberauerat eum DOMINVS ex manu omnium inimicorum ipsius, & ex manu Saulis, & dixit, Diligo &c.

DILIGO te DOMINE, fortitudo mea.

DOMINE Petra mea, arx mea, liberator meus, Deus meus, prędsidium meum cui fido, scutum meum & cornu salutis meæ & protectio mea.

Laudabo & inuocabo DOMINVM, & ab inimícis meis saluus ero.

Funes mortis cingebant me, torrentes Belial terrebant me.

Funes inferni cingebant me, obruebant me laquei mortis.

Cum anxius sum inuoco DOMINVM

NVM, & ad Deum meum clamo, et ipse exaudit ex Templo suo uocem meam, & clamor meus ad conspectum eius peruenit in aures eius.

Commouebatur & contremiscebat terra, fundamenta montium concussa mouebant quando ipse irascebatur.

Ascendebat fumus ex naribus eius, & ignis consumens ex ore eius, unde fulgura accendebantur.

Inclinabat cœlos & descendebat, & caligo erat sub pedibus eius.

Et uehebatur super Cherub & uolabat, uolabat super pennas uentorum.

Tabernaculum suum circum se fecit tenebras et atras ac densissimas nubes, ibi latebat.

Præ fulgore qui erat coram eo nubes diuidebantur, grando ibi erat & ardentia fulgura.

Et excitabat tonitru in cœlo DOMINVS et altissimus tonabat, grando ibi erat & ardentia fulgura.

Iaculabatur sagittas suas & dissipabat

eos, fulgura multiplicabat & conturbabat eos.

Et apparebant effusiones aquarum, & denudabantur fundamenta terræ, ab increpatione tua DOMINE, a flatu & spiritu narium tuarum.

Misit de excelso & suscepit me, attraxit me ex aquis multis.

Eripuit me ab inimicis meis potentibus, ab odio habentibus me, qui me erant fortiores.

Qui me obruebant in tempore afflictionis meæ, & DOMINVS factus est fiducia mea.

Et eduxit me in latitudinem, eripuit me quia dilexit me.

DOMINVS benefacit mihi secundum iusticiam meam, & reddit mihi secundũ puritatem manuum mearũ.

Quia custodio uias DOMINI, nec impius sum contra Deum meum.

Quoniam omnia iura eius sunt in conspectu meo, & mandata eius non abijcio a me.

Sed

Sed integer sum coram eo, & caueo ab iniquitate mea.

Idcirco reddit mihi DOMINVS secundum iusticiam meam, secundum puritatem manuum mearum quæ est coram oculis eius.

Apud sanctum sanctus es, & apud integrum integer es, & apud mundum mundus es, & apud peruersum peruersus es.

Quoniam tu populũ afflictum saluas, & oculos excelsos humilias.

Quoniam tu illuminas lucernam meam, DOMINVS Deus meus illuminat tenebras meas.

Quoniam per te conteram copias militares, & per Deum meum transiliam murum.

Dei uia integra est, eloquia DOMINI igne sunt examinata, ipse scutum est omnibus confidentibus in se.

Quis enim est Deus præter DOMINVM? Aut quæ est fiducia præter Deum nostrum?

Deus

Deus præcingit me fortitudine,& facit integram uiam meam.
Fecit pedes meos ut ceruorum,& ſuper excelſa mea ſtatuit me.
Docet manus meas preliari, brachia mea tendere arcum æreum.
Tu das mihi ſcutum ſalutis tuæ, & dextera tua confortat me, cum autem humilias me,magnificas me.
Dilatas mihi uiam ſub me, ne uacillent tali mei.
Perſequar inimicos meos & comprehendam eos,& non reuertar,niſi deletis illis.
Conteram eos, nec poterunt reſiſtere mihi,cadent ſubtus pedes meos.
Tu enim circumcinges me robore ad prælium, tu ſternes ſubtus me aduerſarios meos.
Efficis ut inimici mei uertant terga mihi,ut diſperdam odio habentes me.
Clamant & non eſt qui ſaluet, ad DOMINVM ſed non reſpondet eis.
Comminuam eos ut puluerem coram uento,

uento, ut lutum platearum abijciam eos.
Tu eripis me a contradictionibus populi, & facis me caput gentium, populus quem non noram ſeruit mihi.
Prono auditu obedit mihi, certe filij alieni fruſtrantur in me.
Filij alieni contabeſcunt, & trepidant in uinculis ſuis.
Viuit DOMINVS & glorificetur qui eſt fiducia mea,& exaltetur Deus ſalutis meæ.
Deus qui dat uindictas pro me,& ſubdit populos ſub me.
Qui eripit me de inimicis meis,& exaltat me ex ijs qui inſurgunt aduerſum me,a uiro iniuriam faciente tu ſaluas me.
Propterea gratias agam tibi DOMINE inter gentes,et nomini tuo pſallam.
Qui magnam ſalutem exhibet Regi ſuo,& benefacit Chriſto ſuo Dauidi & ſemini eius uſq; in æternum.

Pſalmus

Psalmus 19:

Psalmus Dauid ad præcinendum:

COELI enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Dies diei effundit uerbum, & nox nocti reuelat cognitionem.

Non sunt loquelæ neq; sermones, ubi non audiatur uox eorum.

In omnem terram exit regula eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum, Soli posuit tabernaculum in ipsis.

Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultat ut Gigas ad currendam uiam.

Ab extremo cœli egreditur, & cursu circumiens eôdem redit, & nihil est absconditum a calore eius.

Lex DOMINI est integra, recreans animas, testimonium DOMINI certum est, sapientiam præstans paruulis.

Mandata DOMINI sunt directa, corlætifi-

lętificantia, præceptum DOMINI purum est, illuminans oculos.

Timor DOMINI mundus est, permanens in æternum, iura DOMINI sunt ueracia, omniaq; simul iusta.

Desiderabilia magis quam aurum, & ob risum multum, & dulciora quam mel & fauum.

Et seruus tuus fit cautus per ea, & qui custodit ea, multa recipiet.

Errata quis intelliget? Ab occultis meis munda me,

A superbis conserua seruum tuum ne dominentur mihi, tunc integer ero, & immunis a delicto magno.

Sint accepta tibi eloquia oris mei, & meditatio cordis mei coram te DOMINE tu es fiducia mea, & redemptor meus.

Psalmus 20.

Psalmus Dauid ad præcinendum.

Exaudiat

EXAVDIAT te DOMINVS in tempore tribulationis, protegat te nomen Dei Iacob.

Mittat tibi ex sanctuario auxilium, & roboret te ex Zion.

Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. Sela.

Det tibi quicquid desiderat cor tuum, & omne consilium tuum fortunet.

Gloriamur in salute tua, & in nomine Dei nostri erigimus uexilla, impleat DOMINVS omnes petitiones tuas.

Nunc cognosco quod DOMINVS seruat Christum suum, & exaudit eum in cœlo sancto suo, potenter saluat dextera eius.

Illi fidunt curribus & equis, nos autem nominis DOMINI Dei nostri recordamur.

Ipsi prostrati sunt et corruerunt, nos autem erecti consistimus.

Salua DOMINE, exaudiat nos Rex cum inuocamus.

Psalmus

Psalmus 21.

Psalmus Dauidis ad præcinendum.

DOMINE in fortitudine tua lætabitur Rex, et quam uehementer exultat de saluatione tua?

Quicquid desiderat cor eius, das ei, & quicquid te rogat non ei negas. Sela.

Quoniam obruis eum benedictionibus bonitatis, ponis coronam auream super caput eius.

Vitam petit abste, & das ei longitudinem dierũ perpetuo & in æternum.

Magna est ei gloria in saluatione tua, laude & decore exornas eum.

Quoniam constituis eum, ut sit Benedictio in ęternum, lętificas eum gaudio uultus tui.

Quoniã Rex sperat in DOMINVM, & per misericordiam Altissimi non commouebitur.

Inueniet manus tua omnes inimicos tuos, dextera tua inueniet omnes qui te oderunt,

Aestuare facies eos ut clibanum incen-

D sum,

sum, quando iratus respicies, DOMINVS in ira sua absorbebit eos, & deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes, & semen eorum a filijs hominum.

Quoniam inclinauerunt super te malum, cogitauerunt consilium quod perficere non potuerunt.

Quoniam efficies eos Humerum, neruos arcus tui tendes aduersus uultus eorum.

Exaltare DOMINE in fortitudine tua, & cantabimus ac psallemus potentiam tuam.

Psalmus 22.

Psalmus Dauidis ad præcinendum de Cerua mane agitata.

DEVS meus Deus meus, quare me dereliquisti? Rugio quidem sed longe abest saluatio mea.

Deus meus, per diem clamo & non respondes, per noctem, nec silere datur mihi.

Tu

Tu autem Sanctus es, habitans inter laudes Israel.

In te sperauerunt patres nostri, & sperantes eripuisti.

Ad te clamauerunt et saluabantur, in te sperauerunt & non confundebantur.

Ego autem sum uermis & non homo, opprobrium hominum & despectio plebis.

Omnes qui me uident derident me, torquent labia & motant caput.

Conqueratur DOMINO, is eripiat eum, saluet eum, si bene uult ei.

Quoniam tu extraxisti me de uentre matris meæ, fiducia mea ab uberibus matris meæ.

Super te proiectus sum ex utero matris, ab utero matris meæ tu es Deus meus.

Ne longe fias a me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet.

Circundederunt me Tauri magni, Boues pingues obsederunt me.

Aperiunt aduersum me os suum, sicut Leo rugiens & rapiens.
Sicut aqua effusus sum, dissoluta sunt omnia ossa mea, sicut cæra liquescens factum est cor meum intra me.
Aruerunt tanquam testa uires meæ, & lingua mea adhæret faucibus meis, & in puluerem mortis reponis me.
Nam circundederunt me canes, congregatio prauorum obsedit me, perfoderunt manus meas et pedes meos
Numerarem omnia ossa mea, Ipsi uero respicientes intuentur me.
Sibi diuidunt uestimenta mea, & de tunica mea sortiuntur.
Tu autem DOMINE ne longe fias, fortitudo mea ad auxilium meum festina.
Erue a gladio animam meam, ex potestate canis derelictam meam.
Salua me ex ore Leonis, & a cornibus unicornium libera me.
Narrabo Nomen tuum Fratrib⁹ meis, in medio Ecclesiæ glorificabo te.

Qui

Qui timetis DOMINVM glorificate eum, omne semen Iacob glorificet eum, omne semen Israel reuereatur eum.
Quoniam non neglexit neq; despexit afflictionem pauperis, non abscondit faciem suam ab eo, & clamantem ad se exaudiuit.
Te prædicabo in Ecclesia magna, uota mea reddam coram illis, qui timent eum.
Edent afflicti ut saturentur, & glorificabunt DOMINVM, qui requirunt eum, Viuet cor uestrum in æternum.
In recordationem ueniant uniuersi fines terræ, ut conuertantur ad DOMINM, & adorent coram eo omnes cognationes gentium.
Quoniam DOMINO est regnum, & ipse dominatur inter gentes.
Edent & adorabunt omnes pingues qui sunt super terrã, genua flectent coram eo omnes, qui in puluere ia-

cent & qui miseram uitam uiuunt.

Semen eius seruiet ei, de Domino prædicabitur posteritati.

Venient & prædicabunt iustitiam eius Populo genito, quod Ipse facit.

Psalmus 23.

Psalmus Dauidis.

DOMINVS est pastor meus, nihil mihi deerit.

In amænis pratis me pascit, & deducit me ad aquas recreantes.

Reficit animam meam, dirigit me per semitas iustitiæ, propter nomen suum.

Etiam si ambulauero in ualle tenebrosa, non timebo malum, quoniam tu mecum es, uirga tua & baculus tuus me consolantur.

Paras mensam coram me aduersus hostes meos, ungis oleo caput meum, & reples calicem meum.

Benignitas certe & misericordia sectabuntur me omnib⁹ diebus uitę meę, & habitabo in domo DOMINI perpetuo.

Psal-

Psalmus 24.

Psalmus Dauidis.

DOMINI est terra & quicquid in ea est, orbis terrarum et habitantia in eo.

Quia ipse ad maria fundauit eum, & ad flumina præparauit eum.

Quis ascendet in montem DOMINI? Aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocens manib⁹ et qui est mundo corde, qui non exaltat ad uanitatem animam suam, nec dolo iurat.

Hic accipiet benedictionem a DOMINO, & iustitiam a Deo salutis suæ.

Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem tuam Iacob. Sela.

Exaltate uos portæ capita uestra, & amplificate ianuas in mundo, ut ingrediatur Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Est DOMINVS, fortis & potens, DOMINVS potens in prælio.

Exaltate uos portæ capita uestra & amplificate ianuas in mundo, ut ingrediatur Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Est DOMINVS Zebaoth, Ipse est Rex gloriæ. Sela.

Psalmus 25.

Psalmus Dauidis.

AD te DOMINE, suspirat anima mea.

Deus meus in te confido, non confundar, ne lætentur inimici mei aduersus me.

Nam quisquis te expectat non confunditur, confundantur autem qui sunt sine causa contemptores.

Notas fac mihi DOMINE uias tuas, & semitas tuas doce me.

Dirige me in ueritate tua & doce me, quia tu es Deus salutis meæ, te expecto quotidie.

Memineris DOMINE miserationum tuarum & misericordiarum tuarum,

arum, quæ a sæculo perpetuæ sunt.

Peccatorum autem iuuentutis meæ & transgressionum mearum ne memineris, sed secundum misericordiam tuam memento mei DOMINE propter bonitatem tuam.

Benignus et rectus est DOMINVS, propterea docet peccatores in uia.

Dirigit afflictos recte, et docet afflictos uiam suam.

Omnes uiæ DOMINI misericordia sunt & ueritas, custodientibus pactum eius & testimonia eius.

Propter nomen tuum DOMINE propicius esto delicto meo, quod multum est.

Quis est homo qui timet DOMINVM? Eum docebit uiam a se electam.

Anima eius in bonis habitabit, & semen eius possidebit terram.

Arcanum DOMINI est apud timentes eum, & cognoscere eos facit pactum suum.

Oculi mei ſemper cõuerſi ſunt ad DOMINVM, quia ipſe educet ex laqueo pedes meos.

Reſpice me & miſerere mei, quia derelictus & adflictus ſum.

Afflictiones cordis mei auctæ ſunt, ex anguſtijs meis educ me.

Reſpice afflictionem meam et laborem meum, & ignoſce omnibus peccatis meis.

Reſpice quâm multi ſint inimici mei, qui iniuſto odio oderunt me.

Cuſtodi animam meam et erue me, non confundar quia ſpero in te.

Integritas & æquitas ſeruent me, quia te expecto.

Redime Deus Iſraelem, ex omnibus adflictionibus ſuis.

Pſalmus 26.

Pſalmus Dauidis.

IVDICA mihi DOMINE quoniam in innocentia mea ambulo, In DOMINVM ſpero, ideo non uacillabo. Proba

Proba me DOMINE et tenta me, igne explora renes meos et cor meum.

Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt, & ambulo in ueritate tua.

Non ſedeo cum uiris uanis, nec communionem habeo cum uerſutis.

Odi Eccleſiam malignorum, et cum impijs non ſedeo.

Sed lauo manus meas in innocentia, & adhæreo Altari tuo DOMINE.

Vbi auditur uox gratiarum actionis, & prædicantur uniuerſa mirabilia tua.

DOMINE, Locum domus tuæ diligo, & locum ubi habitat glorificatio tui.

Ne auferas ſimul cum peccatoribus animam meam, et cum uiris ſanguinarijs uitam meam.

Qui ſtudent facere ſceleſte, & munera dextris libenter accipiunt.

Ego autem in innocentia mea ambulo, Redime me & miſerere mei.

Pes

Pes meus in recto persistit, in congregationibus laudabo DOMINVM.

Psalmus 27.
Psalmus Dauidis.

DOMINVS est lux mea & salus mea, quem timerem? DOMINVS est fortitudo uitæ meę, quem formidarem?

Ideo ubi maligni & hostes aduersantes mihi, inuadunt me ut edant carnem meam, impingunt & cadunt.

Etiam si consistant aduersum me castra, non timet cor meum, & si exurgat aduersum me bellum, ipse erit fiducia mea.

Vnum oro a DOMINO, hoc requiram, uidelicet ut maneam in domo DOMINI omnibus diebus uitæ meæ, ut uideam amænum cultum DOMINI, & uisitem Templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in tempore malo, occultat me in tentorio

tentorio suo, & supra Petram exaltat me.

Et nunc exaltabit caput meum super inimicos meos, qui circum me sunt, Ideo sacrificabo in tentorio eius sacrificia laudis, cantabo & laudem dicam DOMINO.

Audi DOMINE uocem meam cum clamo, miserere mei & exaudi me.

Cor meum tibi dicit hoc uerbum tuum, Requirite faciem Meam, Ideo faciem Tuam DOMINE requiro.

Ne abscondas faciem Tuam a me, ne abijcias in ira seruum tuum, tu enim es auxilium meum, ne derelinquas me, ne deseras me Deus salutis meæ.

Quoniam pater meus & mater mea derelinquunt me, DOMINVS autem suscipit me.

Ostende mihi DOMINE uiam tuam, & deduc me in semita recta propter inimicos meos.

Ne tradas me uoluntati inimicorũ meorum, quoniam insurgunt contra me teste

testes mendaces, & calumniantᵉ impudentissime.

Ego autᵉ credo me uisurum bona DOMINI in terra uiuentium.

Expecta DOMINVM, confortare, & roboretur cor tuum & expecta DOMINVM.

Psalmus 28.

Psalmus Dauidis.

AD te cum clamo DOMINE fiducia mea neᵉ, sileas mihi, ne cum tu siles similis fiam ijs qui descendunt in infernum.

Audi uocem deprecationis meæ dum clamo ad te, dum extollo manus meas ad Sanctuarium tuum.

Ne simul compræhendas me cum impijs & cum operarijs iniquitatis, qui loquuntur amice cum proximo suo, & malum gerunt in pectore suo.

Da eis secundum opus suum & secundum mala studia sua, da eis secundᵘ opus manuum suarum, redde eis ut merentur.

Quoni-

Quoniam non intendunt in opera DOMINI, & in opus manuum eius, ideo destruet eos & non ædificabit eos.

Benedictus sit DOMINVS, quoniam audiuit uocem deprecatiõis meæ.

DOMINVS est fortitudo mea & scutum meum, in ipsum sperat cor meum, & adiutus sum, & exultat cor meũ, & cantico meo gratias ei agam.

DOMINVS est fortitudo Suorum, & munitio qua saluat Christum suum.

Salua populum tuum, et benedic hæreditati tuæ & pasce eos, & extolle eos in æternum.

Psalmus 29

Psalmus Dauidis.

AFFERTE DOMINO uos potentes, afferte DOMINO gloriam & fortitudinem.

Afferte DOMINO gloriam nominis sui, adorate DOMINVM in ornatu sancto.

Vox

Vox DOMINI est super aquas, Deus gloriæ tonat, DOMINVS super aquas multas,

Vox DOMINI cum potentia, uox DOMINI cum gloria.

Vox DOMINI confringit cedros, DOMINVS confringit cedros Libani.

Et facit eas exilire ut uitulum, Libanũ & Sirion ut pullos unicornium.

Vox DOMINI secat, ut flammæ ignis.

Vox DOMINI concutit desertum, uox DOMINI concutit desertum Cades.

Vox DOMINI concutit ceruas & detegit syluas, Et in Templo eius quisq; Ipsi dicet gloriam.

DOMINVS sedet ad faciendũ Diluuiũ, & sedet DOMINVS Rex in æternum.

DOMINVS fortitudinem populo suo dabit, DOMINVS benedicet populo suo in pace.

Psalmus

Psalmus 30.

Psalmus Dauid qui cantetur de dedicatione domus.

EXALTO te DOMINE quoniam exaltasti me, nec delectari facis inimicos meos super me.

DOMINE Deus meus cum clamaui ad te, sanasti me.

DOMINE eduxisti ex inferno animam meam, uiuum me seruasti alijs descendentibus in infernum.

Psallite DOMINO uos sancti eius, & gratias agite prędicantes sanctitatem eius.

Quoniam ad momentum durat ira eius & uita est uoluntas eius, per uesperũ durabit fletus, sed mane redit lętitia.

Ego autem dixi in prosperitate mea, non cadam in æternum.

Tu enim DOMINE beneplacito tuo fortificasti montem meum, sed ubi faciem tuam abscondisti, factus sum conturbatus.

Ad te DOMINE clamabo, DOMINVM obsecrabo, E Quæ

Quæ utilitas est in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Nunquid puluis gratias aget tibi & annunciabit ueritatem tuam?

Audi DOMINE & miserere mei, DOMINE esto adiutor meus.

Conuertisti planctum meum in chorum, exuisti me saccum meũ, & cinxisti me lætícia.

Vt psallat tibi gloria & non sileat, DOMINE Deus meus gratias agam tibi in æternum.

Psalmus 31.

Psalmus Dauid ad præcinendum.

IN te spero DOMINE non confundar in æternum, iustícia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam, cito libera me, esto mihi Petra firma & arx munita, ut me salues.

Quoniam tu es Petra mea & arx mea, proter nomen tuum deduc me & dirige me.

Educ

Educ me ex laqueo quem abscondẽrũt mihi, quoniam tu es munitio mea.

In manus tuas commendo spíritum meum, tu redemisti me DOMINE Deus uerax.

Ego odi obseruantes frustraneas uanitates, in DOMINVM autem spero.

Exulto et lętor in misericordía tua, quoniam respicis afflictionem meam, & cognoscis in anxietatibus animam meam.

Nec tradis me in manus inimici, sed statuis in loco spacioso pedes meos.

Miserere mei DOMINE quoniam anxius sum, contabescit præ tristícia facies mea, anima mea et uenter meus.

Quoniam consumpta est præ mœsticia uita mea, & anni mei præ gemitu, corruerunt uires meæ præ delicto meo, & ossa mea contabuerunt.

Ita undiq; tribulor ut et uicinis meis sim magnum opprobriũ, & terror notis meis, me foris uidentes fugiunt a me.

Obliuioni ex cordibus traditus sum ut aliquis mortuus, factus sum ut uas confractum.

Quoniam multi criminantur me, & terrent undiquaq;, consultant simul aduersum me, & cogitant ut auferant animam meam.

Ego autem in te spero DOMINE, & dico, Tu es Deus meus.

In manu tua sunt tempora mea, eripe me ex manu inimicorum meorum & a persequentibus me.

Illustra faciem tuam super seruum tuum, salua me misericordia tua.

DOMINE non confundar quoniam inuoco te, confundantur autem impij & sileant in inferno.

Muta fiant labia mendacia, quę loquuntur aduersus iustum pertinaciter, superbe & contemptim.

Quam immensa est bonitas tua, quam reposuisti timentibus te, & palam exhibes ijs qui in conspectu hominum confidunt in te.

Tu

Tu abscondes eos in abscondito apud te a cuiuscunq; superbia, abscondes eos in tugurio a contentiosis linguis.

Benedictus sit DOMINVS, quod admirabilem misericordiam exhibuit mihi in ciuitate munita.

Dicebam enim in summa anxietate, Proiectus sum a conspectu oculorũ tuorum, & tamen audisti uocem deprecationis meæ quando clamabam ad te.

Diligite DOMINVM omnes Sancti eius, Nam credentes custodit DOMINVS, & agenti superbe retribuit abunde.

Animo forti estote, & confortetur cor uestrum omnes qui expectatis DOMINVM.

Psalmus 32.
Eruditio Dauidis.

BEATVS ille est cui remissa est transgressio, & cui contectum est peccatum.

Beatus homo est cui non imputat DOMINVS iniquitatem, in cuius spiritu non est dolus.

Quamdiu enim tacebam contabuerunt ossa mea, ex rugitu meo assiduo.

Nam manus tua die ac nocte grauis erat super me, ita ut uerteretur succus meus in siccitates æstiuas. Sela:

Idcirco peccatum meum tibi fateor, & iniquitatem meam non tego, dixi, Confitebor aduersum me transgressiones meas DOMINO, ibi tum remisisti iniquitatem peccati mei. Sela.

Pro hac orabit te quisq; Sanctus in tempore oportuno, ideoq; cum inundationes aquarum multarum uenerint, ad eum non pertingent.

Tu es protectio mea, ab angustia conserua me, Lætis de ereptione gratiarum actionibus circumcinge me. Sela.

Intellectum tibi dabo, & docebo te uiam quam ambules, meo ipsius oculo tibi prouidebo.

Nolite

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, quorum maxilla chamo & freno constringenda est dum non accedunt ad te.

Multę plagæ sunt impio, sperantem autem in DOMINVM Misericordia circundabit.

Lætamini in DOMINO & exultate iusti, & gloriamini omnes qui recto estis corde.

Psalmus 33.

EXVLTATE iusti in DOMINO, rectorę decora sit laudatio.

Gratias agite DOMINO Cithara, psalterio decem chordarũ psallite ei.

Cantate ei canticum nouum, bene psallite chordis ei cum iubilo.

Quia uerax est uerbum DOMINI, & quicquid Dicit certo præstat.

Diligit iusticiam & iudicium, misericordia DOMINI plena est terra.

Verbo DOMINI cœli facti sunt, & Spiritu oris eius omnis exercitus eorum.

Continet ſicut in utre aquas maris, & ponit in abſconditis abyſsos.
Timeat DOMINVM omnis terra, & metuat eum quicquid habitat orbem terrarum.
Quoniam cum Ipſe Dicit Fit, cum Ipſe Mandat res adeſt.
DOMINVS diſsipat conſilia gentium, & mutat cogitata populorum.
Conſilium autem DOMINI in æternum manet, & cogitationes cordis eius perpetuo.
Beatus ergo eſt populus cuius Deus eſt DOMINVS, populus quem ipſe elegit hæreditatem ſibi.
De cœlo proſpicit DOMINVS, uidet omnes filios hominum.
Et ſtabili throno ſuo, reſpicit ſuper omnes habitatores terræ.
Dirigit quo uult ſingulorum corda, intendit ad omnia opera eorum.
Non ſaluatur Rex per magnam potentiam, & Gigas non liberatur multitudine uirium ſuarum.

Nec

Nec ſaluat equus, nec liberat magnitudo fortitudinis eius.
Ecce oculi DOMINI reſpiciunt ad timentes ipſum, ad illos qui ſperant in miſericordiam ipſius.
Vt eruat a morte animas eorum, & alat eos tempore famis.
Aïa noſtra expectat DOMINVM, quoniam adiutor & ſcutum noſtrū eſt.
Quia in eo lætatur cor noſtrum, & in Nomen ſanctū eius ſperamus.
Sit miſericordia tua DOMINE ſuper nos, quemadmodum ſperamus in te.

Pſalmus 34.

Pſalmus Dauid, quando mutauit uultum coram Abimelech, qui abiecit eum, & ipſe abiit.

BENEDICAM DOMINO omni tempore, Laus eius iugiter erit in ore meo.
In DOMINO gloriabit̄ anima mea, ut audiant adflicti & exhilarentur.

Magnificate DOMINVM mecum, & exaltemus nomen eius simul.
Quando quæsiui DOMINVM respondit mihi, & eripuit me ex omni pauore meo.
Non confunditur uultus eorum, qui ad eum respiciunt & conf luunt.
Cum hic pauper clamaret audiuit DOMINVS, & ex omnibus afflictionibus eripuit eum.
Castra metatur Angelus DOMINI circum timentes eum, & eripit eos.
Gustate & uidete quàm suauis sit DOMINVS, beatus est uir qui confidit in eum.
Timete DOMINVM uos Sancti eius, quia nihil deest timentibus eũ.
Diuites ad inopiam redigentur & esurient, quærentibus autem DOMINVM non deerit ullum bonum.
Adeste filij, audite me, timorem DOMINI docebo uos.
Quis est homo qui uult fœliciter uiuere, & dies uidere bonos?

Prohi-

Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum.
Declina a malo & fac bonum, quære pacem & sectare eam.
Oculi DOMINI attendũt ad iustos, & aures eius ad clamorem eorum.
Vultus autem DOMINI attendit ad mala facientes, ut deleat memoriam eorum de terra.
Cum clamant iusti DOMINVS audit, et ex omnibus aduersis eripit eos
Prope est DOMINVS confractis corde, & contritos spiritu liberat.
Multæ quidem sunt afflictiones iusti, sed ex omnibus his liberat eum DOMINVS.
Custodit omnia ossa eius, ut ne unum quidem ex his frangatur.
Malum autem occidet impium, & qui odio habent iustum, rei erunt.
Redimet DOMINVS animas seruorum suorum, & omnes qui confidunt in eum, rei non erunt.

Psalmus

Psalmus 35.
Psalmus Dauidis.

CONTENDE DOMINE cũ contendentibus mecum, impugna impugnantes me.
Appræhende scutum & arma, & exurge in adiutorium mihi.
Educ lanceam, & occurre aduersarijs meis, dic animæ meæ, Salus tua Ego sum.
Suffundantur pudore & afficiantur ignominia qui insidiantur animę meæ, conuertantur in fugam & confundantur qui machinantur mihi malũ.
Fiant tanquam palea coram uento, & Angelus DOMINI exigat eos.
Fiat uia eorum tenebræ & lubricum, & Angelus DOMINI persequatur eos.
Quoniam sine causa clam tetenderunt mihi ad interitum laqueum suum, sine causa foueam fecerũt animæ meę.
Obruatur de improuiso quisq; eorum, & laqueus quem clam tetendit irretiat

tiat ipsum, & in eodem ipse obruatur.
Anima autem mea exultet in DOMINO, & lætetur de saluatione eius.
Omnia ossa mea dicant, DOMINE quis est similis tibi? Tu enim eripis pauperem ab illo qui fortior ipso est, pauperem & adflictum a direptoribus suis.
Surgentes testes iniqui, obijciunt mihi de quibus non sum mihi conscius.
Retribuunt mihi malum pro bono, ut sterilem faciant animam meam.
Ego autem cum ipsi egrotarent induebam saccum, affligebam me ieiunio, & oratio mea in sinu meo uoluebatur.
Quasi cum amico, quasi cum fratre meo agebam, quasi lugens matrem incedebam.
Ipsi autem de meo incommodo lætantur & congregantur, congregantur claudi aduersum me, dum nihil sum mihi conscius, mordent & nõ cessant
Cum ijs qui Hypocritæ sunt & derisoes

res propt̃ cibum, frendent super me dentibus suis.

Domine, quousq; aspicies? Eripe animam meam a tumultu eorum, & derelictam meam a catulis Leonum.

Gratias agam tibi in Ecclesia magna, & in populo multo laudabo te.

Non gaudeant super me qui aduersantur mihi sine causa, nec oculis irrideant me qui oderunt me frustra.

Quia consultant ut noceant, & concinnant dolos aduersus eos qui pacem quærunt super terram.

Et dilatant os suum contra me & dicũt, euge, euge, hoc gaudent uidere oculi nostri.

Vides hęc DOMINE, ne sileas, DOMINE ne procul abs is a me.

Excitare & uigila ad iudicandum pro me, & ad causam meam qui es Deus meus & DOMINVS meus.

Iudica pro me secundum iusticiam tuam DOMINE Deus me⁹, ne gaudeant super me.

Non di-

Non dicant in cordibus suis, euge, euge, hoc uolebamus, non dicant, deuorauimus eum.

Erubescant & confundantur simul qui exultant de malis meis, induantur ignominia & pudore qui gloriantur contra me.

Glorientur potius & exultent quibus placet iusticia mea, & iugiter dicant, magnificetur DOMINVS qui bene uult seruo suo.

Et lingua mea prędicabit iusticiam tuam, & assidue te laudabit.

Psalmus 36.

Psalmus Dauidis serui DOMINI ad præcinendum.

COR meum meditatur de iniquitate impiorum, Nõ est timor Dei coram oculis eorum.

Blandiuntur sibi inter sese, ut iniquitatem suã statuant, & alios deforment.

Doctrina oris eorum noxia est & mendax, nõ uolunt doceri ut bene agant.

Iniuri-

Iniuriam meditantur in cubili suo, & perstant in uia mala, nec uerentur ullum maliciæ genus.

DOMINE misericordia tua ubiq; est quam late patet cœlum, et ueritas tua ubicumq; uidentur nubes.

Iusticia tua stat sicut montes Dei, & tua iura ut abyssus profunda, homines & iumenta seruas DOMINE.

Quâm pręcioſa est misericordia tua Deus, quod filij hominum sub tegmine alarum tuarum confidunt.

Inebriantur ex abundanti copia domus tuæ, & ceu torrente delitijs tuis potas eos.

Quoniam apud te est fons uitæ, et in lumine tuo uidemus lumen.

Expande misericordiam tuã super cognoscentes te, & iusticiam tuam super rectos corde.

Non me supplantent superbi, & manus impiorum non deturbet me.

Sed ibi cadant operarij iniquitatis, ut expellantur & non consistant.

Psal-

Psalmus 37.

Psalmus Dauidis.

NOLI indignari malignis, neq; inuideto operarijs iniquitatis.

Quoniam tanquam fœnum uelociter succidentur, & sicut olus uiride marcescent.

Spera in DOMINVM & fac bonũ, permane in terra, & quære uictum fideliter.

Delectare in DOMINO, is dabit tibi quicquid desiderat cor tuum.

Commenda DOMINO uiam tuam, & spera in eum, Ipse faciet.

Et educet quasi lumen iusticiam tuam, & iura tua quasi meridiem.

Sile DOMINO & expecta eũ, Noli indignari uiro cui prospere succedit cum facit nequiter.

Desine ab ira & derelinque furorem, noli indignari ut & ipse malefacias.

Quoniam maligni exterminabuntur, expectantes autẽ DOMINVM hæreditabunt terram.

Adhuc pusillum restat & non erit impius, tum respicies ad locum eius & ipse non erit ibi.

Afflicti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multa pace.

Impius minatur iusto, & frendet super eum dentibus suis,

DOMINVS autem irridet eum, prospicit enim quod uenit dies eius.

Gladium stringunt impij et tendunt arcum suum, ut deijciant afflictum & pauperem & trucident recta incedentes.

Sed gladius eorũ ingredietur in corda ipsorum, et arcus eorũ confringetur.

Melius est modicum Iusti, quam diuitiæ multorum impiorum.

Quoniam brachia impiorum confringentur, fustentat autem iustos DOMINVS.

Nouit DOMINVS dies eorum qui sunt integri, & hæreditas eorum in æternum manebit.

Non confundentur in tempore malo, & in diebꝰ famis satis habebunt. Quia

Quia impij interibunt, & inimici DOMINI etiamsi fuerint ut pratum a mæniſsimum tamen euanescent ut fumus.

Mutuatur impius & non reddit, iustus autem misericors est & largitur.

Quoniam benedicti ab eo hæreditabunt terram, ab eo autem maledicti exterminabuntur.

A DOMINO gressus uiri diriguntur, & diligit uiam eius.

Si ceciderit non abijcietur, quoniã DOminus tenet manum eius.

Iunior ego fui & senui, & numquam uidi iustum derelictum, nec semen eius mendicum.

Iugiter misericors est & dat commodato, et semini eius benedicetur.

Desine a malo & fac bonum, & permane perpetuo.

Quia DOMINVS diligit ius, & nõ derelinquit sanctos suos, in ęternum conseruabuntur, semen autem impiorum extirpabitur.

Iusti hæreditabunt terram,& habitabũt in æternum super eam.

Os iusti meditatur sapientiam,et lingua eius docet ius.

Lex enim Dei sui in corde eius est,non uacillant gressus eius.

Obseruat impius iustum, & quęrit occidere eum.

Sed DOMINVS non derelinquit eum in manu illius,nec damnat eum cum condemnatur.

Expecta DOMINM, & custodi uiam eius, & exaltabit te ut possideas terram,uidebis impios exterminari.

Vidi impium ualde ferocem,extensum & uiridem ut laurum.

Postea prętériui locum,et ecce,non erat ibi,interrogaui de eo & nusquam inueniebatur.

Custodi integritatem & intende æquitati,nam tali tandem bene erit,

Transgressores autem delebunt simul, & impij tandem exterminabuntur.

Salus itaq; est iustis a DOMINO,hic est for-

est fortitudo eorum in tempore tribulationis.

Et DOMINVS aderit eis & eripiet eos, eripiet eos ab impijs, & saluabit eos,quia sperant in eum.

Psalmus 38.

Psalmus Dauidis pro commemoratione.

DOMINE ne in furore tuo arguas mę,neq; in ira tua corripias me.

Quoniam sagittæ tuæ infixę sunt mihi, & manus tua grauis est super me.

Non est sanitas in carne mea præ comminatione tua, nec est pax ossibus meis præ peccato meo.

Quoniam peccata mea supergressa sunt caput meũ, & sicut onus graue grauata sunt super me.

Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ,præ insipientia mea.

Curuus & depressus nimium, & tristis tota die incedo.

Quoniã lumbi mei ariditate pleni sunt, & non est sanitas in carne mea.

Insanabilis & contritus sum prorsus, rugio præ palpitatione cordis mei.

DOMINE coram te est omne desiderium meum, & gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum tremit, dereliquerunt me uires meæ, & lumen oculorum meorum non est apud me.

Dilecti et amici mei stant e regione conspicientes plagam meam, & proximi mei longius recedunt.

Et qui quærunt animam meam laqueum ponunt, & quærentes mala mihi consultant quemadmodum noceant, & fraudes assidue machinantur.

Ego autem tanquam surdus nõ audio, et sicut mutus non aperiens os suum

Et sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo quod contradicat.

Te autem DOMINE expecto, tu exaudies DOMINE Deus meus.

Quia

Quia cogito, Vtinam non gaudeant super me, si enim uacillaret pes meus, mirum quam gloriarentur contra me.

Quoniam ego ad patiendum factus sum, & dolor meus iugiter est coram me.

Quoniam iniquitatem meam fateor, & solicitus sum de peccato meo.

Inimici autem mei secure uiuunt & potentes sunt, qui me sine causa oderunt magni sunt.

Et qui retribuunt malum pro bono insurgunt aduersum me, ob id solum quia sequor quod bonum est.

Ne derelinquas me DOMINE Deus meus, ne recedas a me.

Festina ad auxiliandum mihi, DOMINE salus mea.

Psalmus 39.

Psalmus Dauid ad præcinendum pro Ieduthun.

STATVI custodire uias meas, ut non delinquam lingua mea, frenū adhibeo ori meo, cum uideo impium coram me.

Obmutesco silentio sine consolatione, & dolor meus mihi mussandus est.

Cor meum incensum est intra me, & cū hæc cogito animus æstuat, & lingua mea erumpit in hanc uocem.

DOMINE doce me quod finem habiturus sum, & uita mea breue curriculum, & quod breui hic non ero.

Ecce ad mensuram palmæ feciſti dies meos, & uita mea ut nihilum est coram te, quàm nihil sunt omnes homines, & tamen secure uiuunt. Sela.

Vt umbra pertranseunt, & uanis sese torquent, thesaurizant quæ ignorant quis sit habiturus.

Et nunc DOMINE quæ est spes mea? In te Spero.

Ab omnibus peccatis meis eripe me, opprobrium insipienti ne facias me.

Tacebo & non aperiam os meum, quia tu facies. Amoue

Amoue a me plagas tuas, ego enim pene exanimatus sum prę plaga manus tuæ:

Cum corripis hominem propter peccatum, consumitur pulchritudo eius sicut a tinea, quàm nihil est omnis homo. Sela.

Audi orationem meam DOMINE, & attende ad clamorem meum, ne sileas ad lachrymas meas, quia et peregrinus & ciuis tuus sum ego, sicut omnes patres mei.

Desine a me ut refrigerer, priusq̄ abeam & amplius hic non sim.

Psamus 40.

Psalmus Dauidis ad præcinendum.

EXPECTAVI solicite DOMINVM, & inclinauit se mihi, & audiuit clamorem meum.

Et extraxit me ex fouea horrenda & sordido luto, & statuit supra Petram pedes meos, ut gradiar inoffense

Et dedit in os meum canticū Nouum, ad laudem Deo nostro.

Id qđ multi uidebũt, & DOMINVM timebunt, & in eum ſperabunt.

Beat⁹ eſt uir qui poſuit DOMINVM ſpem ſuam, & non uertitur ad ſuperbos & mendacia tractantes.

DOMINE Deus meus magna ſunt mirabilia Tua & conſilia Tua nobis exhibita, nihil eſt ſimile tibi, annunciabo & loquar de eis licet ſint innumerabilia.

Sacrificium & oblatio non tibi placent, ſed Aures pforaſti mihi, ne holocauſtum quidem poſtulas aut ſacrificium pro peccato.

Tunc dixi, Ecce uenio, In Libro ſcriptum eſt de me.

Tuam uoluntatem Deus meus ſponte facio, & legem Tuam habeo in corde meo.

Prædicabo iuſticiam Tuam in Eccleſia magna, ecce non permittam obturari os meum DOMINE, hoc tu noſti.

Iuſticiam Tuam non abſcondo in corde meo, ueritatem Tuã & ſalutem Tuam

am enarro, non abſcondo miſericordiam Tuam & ueritatem Tuam in Eccleſia magna.

Tu autẽ DOMINE ne ꝓhibeas miſerationes tuas a me, miſericordia Tua et ueritas Tua ſemper conſeruent me.

Quoniã circundederunt me mala innumerabilia, apprẽhenderũt me peccata mea, ut deſtituar uiſu, ſuperarunt numero capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me.

Placeat tibi DOMINE ut eruas me, feſtina DOMINE ut me adiuues.

Confundantur & erubeſcant ſimul qui quẽrunt animã meam ut interimant eam, uertantur in fugam & pudefiant qui male mihi uolunt.

Obſtupeſcant in ignominia ſua, qui ita inſultant mihi, euge, euge.

Exultent & lętentẽ in te omnes quẽrentes te, & qui ſalutem tuã diligunt dicant ſemp magnificetẽ DOMINVS

Ego enim ſum pauper & afflictus, ſed DOMINVS ſolicit⁹ eſt ꝓ me, adiutor meus et liberator meus es tu, De-

us meus ne moreris. Psal. 41.

Psalmus Dauidis ad præcinendum.

BEATVS ille est cui curę est ęgenus, in die mala liberabit eum DOMINVS.

DOMINVS custodiet eum & uitam conseruabit ei, & fœlicem eum faciet super terram, & non tradet eũ uoluntati inimicorum ipsius.

DOMINVS recreabit eum si quando æger decumbit: tu mutas omnem ægritudinem eius.

Ego dixi DOMINE miserere mei, sana animam meã quia peccaui tibi.

Inimici mei dicunt malum hoc contra me, quando morietur & peribit nomen eius?

Accedit aliquis ut exploret corde peruerso, quærit quod calumnietur, recedit & detrahit.

Simul aduersum me susurrant omnes qui me oderunt, & cogitant malum contra me.

Statuerunt aduersum me hoc consilium Belial,

Belial, cum iacet non resurget.

Quin & amicus meus cui fidebam, qui meo uictitabat cibo, supplantat me.

Tu autem DOMINE miserere mei & resuscita me, & retribuam eis.

Per hoc cognosco me amari abs te, qđ non iubilabit inimicus meus aduersum me.

Me autem sustentas propter innocentiam meam, & statuis me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus sit DOMINVS Deus Israel perpetuo & in æternum. Amen, Amen.

Psalmus 42.

Eruditio filiorum Korah ad præcinendum.

QVEMADMODVM ceruus anhelat ad torrentes aquarum, ita anima mea anhelat ad te Deus.

Deum sitit anima mea, Deum uiuentem, quando ueniam & uidebo faciem Dei? Lachry-

Lachrymæ meæ ſunt meus cibus die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Vbi nunc eſt Deus tuus?

Hæc attendens effundo apud me animam meam, nimirũ deſiderans tranſire cum multis ad domum Dei, cum gaudio & gratiarum actione, inter multos feſta celebrantes.

Quare triſtis es anima mea & tumultuaris intra me? Expecta Deum, quia futurum eſt ut gratias agam ei, quod ſua facie me ſaluat.

Deus meus, anima mea triſtis eſt in me, propterea memor ero tui in terra Iordanis & Hermonim, & in monte modico.

Diluuia tua ſtrepitu irruunt, abyſſo abyſſum prouocante, omnes fluctus tui & undę tuæ ſuper me tranſeunt.

In die promiſit DOMINVS miſericordiam ſuam, & nocte pſallo ei atq; oro ad Deum uitæ meæ.

Dico ad Deum Petram meã, quare obliuiſcis mei? Quare triſtis incedo dũ affligit me inimicus? Con-

Contumeliæ aduerſum me inimicorum meorum ceu gladius ſunt in oſſibus meis, dum dicunt mihi quotidie, ubi nunc eſt Deus tuus?

Quare triſtis es anima mea & tumultuaris intra me? Expecta Deum, quia futurum eſt ut gratias agam ei quod Ipſe eſt ſalus uultus mei et Deus meus.

Pſalmus 43.

IVDICA mihi Deus & litiga pro me contra gentem non ſanctam, a uiro doloſo & iniquo libera me.

Quoniam tu es Deus fortitudinis meę, quare me repellis? Quare triſtis incedo dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam & ueritatem tuam, ut me deducant & peruenire faciant ad montem ſanctum tuum & ad habitaculum tuum.

Vt ingrediar ad Altare Dei, ad Deum lætitiæ & exultationis meæ, & gratias

tias tibi Deus agam Cithara, qui es Deus meus.

Quare tristis es anima mea & tumultuaris intra me? Expecta Deum, quia futurum est ut gratias agam ei, quod Ipse est salus uultus mei et Deus meus.

Psalmus 44.

Eruditio filiorum Korah ad præcinendum.

DEVS, auribus nostris audiuim⁹, patres nostri narrauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum olim.

Tu manu tua gentes extirpasti, illos autem inseruisti, contriuisti populos, illos autem dilatasti.

Non enim per gladium suum possederunt terram, nec brachium ipsorum saluauit eos, sed dextera tua & brachium tuũ & lumen uultus tui, quoniam bene uoluisti eis.

Tu Deus Rex meus es, qui promittis salutem Iacob.

Per te

Per te inimicos nostros prosternemus, in nomine tuo supplantabimus insurgentes aduersum nos.

Non enim propter arcum meum confido, & gladius meus non saluat me.

Sed tu saluas nos ab inimicis nostris, & confundis eos qui nos oderunt.

In Deo gloriabimur iugiter, & nomini tuo gratias agemus in æternum. Sela

Quare ergo nunc repellis & confundis nos, nec egrederis cum exercitibus nostris?

Cogis nos terga prebere hosti, & prædantur nostra qui oderunt nos.

Vt oues deuorari facis nos, & dispergis nos inter gentes.

Vendis populum tuum nulla pecunia, & nullum precium inde postulas.

Efficis nos opprobrium uicinis nostris, subsannationem & ludibrium ijs qui circum nos sunt.

Feciſti nos fabulam gentibus, moto capite irrident nos populi.

Assidue contumelia mihi uersatur ob

oculos,& pudore cooperta est facies mea.

Propter uocem exprobrantis & contumelia afficientis, quia uideo coram inimicum & ultorem.

Hæc omnia uenerunt super nos, nec tamen obliti sumus tui, nec perfide egimus contra pactum tuum.

Non recessit cor nostrum, nec declinarunt gressus nostri a uia tua.

Vt nos ita conteras in loco Draconum, & cooperias nos tenebris horrendis.

Si obliti essemus nominis DEI nostri, aut expandissemus manus nostras ad Deum alienum.

Hoc certe Deus requireret, Nunc autem ipse nouit abscondita cordis.

Propter Te enim occidimur assidue, æstimati sumus sicut oues destinatæ mactationi.

Excitare DOMINE, quare dormis? Euigila,& ne repellas nos ita perpetuo.

Quare

Quare faciem tuam abscondis, oblitus afflictionis nostræ & oppressionis nostræ?

Quoniam depressa est ad terram anima nostra, adhæret terræ uenter noster.

Exurge, adiuua nos, & libera nos, propter misericordiam tuam.

Psalmus 45:
Epithalamium & Eruditio filiorum Korah de Rosis ad præcinendum.

MEDITATVR cor meũ uerbum bonum, psallo de Rege quod feci carmen, lingua mea est calamus scribæ peritissime scribentis.

Speciosus es inter filios hominum, gratiosa sunt labia tua, propterea benedicit tibi Deus in æternum.

Accinge gladium tuum fœmori tuo o fortissime, ornatus laude tua & decore tuo.

Sis fœlix in decore tuo, procede propt
uerbũ ueritatis, ut adflictos iuſtifi-
ces, et preſtabit mirabilia dextera tua
Sagittæ tuæ ſunt acutę, ut populi coram
te cadant in medio inimicorũ Regis.
Sedes tua Deus perpetua & æterna eſt,
ſceptrum Regni tui eſt ſceptrum re-
ctitudinis.
Iuſticiam diligis & odio habes impieta-
tem, propterea unxit te Deus Deus
tuus oleo læticiæ præ conſortibus
tuis.
Myrrham & aloen & caſiam ſpirant om
nia ueſtimenta tua, cum incedis ex
palatijs eburneis in magnificentia
tua.
Filiæ Regum incedunt in ornatu tuo,
aſtat ſponſa ad dexteram tuam orna-
ta auro optimo.
Audi filia, uide & inclina aurem tuam,
obliuiſcere populi tui & domus pa-
tris tui.
Et placebit Regi decor tuus, quoniam
ipſe eſt dominus tuus, ipſum adorato

Et filia

Et Filia Tyri muneribus aderit, diuites
plebis coram te deprecabuntur.
Tota glorioſa eſt intus Filia Regis, au-
reo induta ueſtitu.
Veſtibus uariegatis perducitur ad Re-
gem, & ſociæ eius uirgines ſequen-
tes eam afferuntur tibi.
Afferuntur cum lætícia & exultatione,
& ingrediuntur in palatium Regis.
In locum patrum tuorum ſuccedent fi-
lij tui, quos conſtitues principes ſu-
per omnem terram.
Memor ero nominis tui in omni gene-
ratione & generatione, ideo gratias
agent tibi populi perpetuo & in æ-
ternum.

Pſalmus 46.
Canticum filiorum Korah de
Iuuentute ad præcinendum.

DEVS noſtra fiducia eſt & forti-
tudo, auxilium in tribulationi-
bus ualidis quæ nos occupauerunt.
Propterea nõ timemus, etiamſi ſubuer-

tatur terra, & præcipitentur montes in medium mare.

Licet tumultuentur & ſtrepitum ædant aquæ maris, & præ tempeſtate eius cadant montes. Sela.

Tamen interim Ciuitas Dei cum fonticulis ſuis iucunda erit, ubi ſancta manſio eſt Altiſsimi.

Deus eſt in medio eius, ideo ipſa immota conſiſtet, Deus adiuuat eam ſummo diluculo.

Trepidant gentes, caduńt regna, diſſoluitur terra ubi ipſe ædit uocem ſuam.

DOMINVS Zebaoth nobiſcum eſt, Deus Iacob eſt protectio noſtra. Sela.

Venite & uidete opera DOMINI, qui has deſolationes effecit ſuper terram.

Compeſcit bella per totum orbem, arcum confringit, lanceam comminuit, & currus comburit igni.

Deſinite & cognoſcite quod Ego ſum Deus,

Deus, glorificabor inter gentes, & glorificabor ſuper terram.

DOMINVS Zebaoth nobiſcum eſt, Deus Iacob eſt protectio noſtra. Sela.

Pſalmus 47.

Pſalmus filiorum Korah ad præcinendum.

OMNES populi plaudite manibus, iubilate Deo hilari uoce.

Quoniam DOMINVS Altiſsimus terribilis eſt, Rex magnus ſuper omnem terram.

Subiiciet populos nobis, & plebes pedibus noſtris.

Eligit nos hæreditatem, gloriam Iacob quem diligit. Sela.

Aſcendit Deus cum iubilo, & DOMINVS cum clangore tubæ.

Pſallite, pſallite DEO, Pſallite, pſallite Regi noſtro.

Quoniam Deus eſt Rex in omni terra, pſallite ei prudenter.

Deus est Rex super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suam.

Principes populorum congregati sunt, ut sint populus Dei Abraham, quoniam Deus apud Scuta terræ uehementer exaltatus est.

Psalmus 48.

Psalmus Cantici filiorum Korah.

MAGNVS est DOMINVS & ualde glorificatus, in Ciuitate Dei nostri, in Monte sancto suo.

Mons Zion est ut speciosum germen unde gaudeat tota terra, ad latera aquilonis sita est Ciuitas Regis magni.

Deus notus est in palatijs eius, quod protector eius est.

Quoniam ecce reges congregati sunt, & simul prætergressi.

Viderunt hoc & admirati sunt, conturbati sunt & metu perculsi.

Terror inuasit eos ibi, & angustia ut parturientem.

Ipso

Ipso euro, conteris naues maris:

Sicut audiuimus sic uidemus in Ciuitate DOMINI zebaoth, in Ciuitate Dei nostri, Deus sustentat eam in æternum. Sela.

Expectamus Deus misericordiam tuam, in medio Templi tui.

Vt nomen tuum Deus, ita & laus tua est ubiq; usq; ad fines orbis, iustitia plena est dextera tua.

Lætetur Mons Zion & exultent filiæ Iuda, propter iura tua.

Circundate zion & amplectimini eam, numerate turres eius.

Accurate murum eius, & exaltate palacia eius, ut hoc enarretur apud posteros.

Quod hic Deus est Deus noster perpetuo & in æternum, Ipse deducet nos ut iuuentutem.

Psalmus 49.

Psalmus filiorum Korah ad præcinendum.

AVDITE hæc omnes populi, attendite omnes qui hac uita uiuitis.

Et plebei & Principes, una diues cum paupere.

Os meum loquetur sapientiam, & cor meum intelligentiam.

Audiemus parabolam, cantabo Citharа paradigma meum.

Cur timerem in tempore malo, quando iniquitas conculcantium me circundat me?

Qui confidunt opibus suis, & gloriantur de multitudine diuitiarum suarum.

Ne frater quidem ullo precio redimere potest, aut aliquem Deo reconciliare.

Nam nimio constat redemptio animæ eorum, ideo nihil efficiet in æternum.

Vtcumq; diu uiuat, & sepulchrum non uideat.

Nam uidere licebit quod tales sapientes moriuntur, quemadmodum pereunt

reunt insipientes & stulti, & relinquent alijs diuitias suas.

Hoc gaudent quod domus eorum perpetuo durant, habitacula eorum perstant posteris, & ipsi nominis honore fruuntur super terram.

At non permanent in tali honore, sed hinc excedunt ut iumenta.

Hæc ipsorum uia est stultitia, & tamen hanc posteri eorum ore suo commendant. Sela.

In inferno iacent ut oues, mors depascit eos, iusti autem cito dominabuntur eis, & eorum fiducia peribit, in inferno manebunt.

Deus uero redimet animam meam ex manu inferni, quia suscepit me. Sela.

Ne itaq; turberis cum diues fit homo, & magna fit gloria domus eius.

Nam cum interierit nihil sumet secum, neq; sequetur eum gloria eius.

Interim beatum se dicit in hac sua uita,

& com-

& commendat alios cum se bene cu-
rant.
Atq; ita sequuntur suos patres, & non
uident lumen in æternum.
Breuiter, Cum homo in honore est &
non habet intellectum, hinc excedit
ut iumenta.

Psalmus 50.
Psalmus Asaph.

DEVS DEVS DOMINVS
loquitur, & uocat terram ab or-
tu solis usq; ad occasum eius.
Ex Zion exsplendescit pulcherrimus
splendor DEI.
Venit Deus noster & non silet, ignis
deuorans præcedit ante eum, & circa
ipsum est tempestas ualida.
Aduocat cœlum ab alto & terram, ut
iudicet populum suum.
Congregate mihi Sanctos meos, qui
curant Pactum meum plus quam sa-
crificium.

Et an-

Et annunciabunt cœli iusticiam eius,
quoniam Deus iudex est. Sela.
Audi mi Populc, Ego loquar, Israel E-
go tibi testificabor, Ego Deus, sum
Deus tuus.
Non propter sacrificia tua arguo te,
quando etiam holocausta tua sunt
assidue coram me.
Non accipiam ex domo tua taurum, aut
ex caulis tuis hircos.
Quoniam meæ sunt omnes feræ syua-
rum, pecudes in montibus, ubi mille-
næ incedunt.
Cognosco omnia uolatilia montium, &
quicquid animantium in campis agit
coram me est.
Si esurirem, non a te peterem, meus est
enim orbis terræ & quicquid in ipso
est.
Nunquid manducabo carnem tauro-
rum, aut sanguinem hircor̃ potabo?
Immola Deo sacrificium laudis & red-
de Altissimo uota tua.
Et inuoca me in die tribulationis, tunc
eruam

eruam te,& tu honorificabis me.
Impio autem dicit Deus, quare tu annuncias statuta mea,& nominare audes pactum meum ore tuo?
Cum tamen oderis disciplinam, & retro abijcias uerba mea.
Quando uides furem curris cum eo, & cum adulteris communionem habes.
Os tuum exundat malicia,& lingua tua concinnat dolum.
Sedens loqueris aduersus fratrem tuum,& filio matris tuæ detrahis.
Hæc facis, dum me tacente existimas quod ero tui similis,arguam uero te, & statuam hæc ante faciem tuam.
Intelligite hæc uos qui obliuiscimini DEI,ne fiat quando& ut rapiam & nemo eripiat.
Sacrificans laudem honorat me, ibi est uia ut ostendam ei salutem DEI.

PSALMVS. 51.

Psalmus

Psalmus Dauid ad præcinendum, qñ Propheta Nathan uenit ad eum,ubi ingressus fuerat ad BathSaba.

MISERERE mei Deus,secundum misericordiam tuam,et secundum multitudinem miserationũ tuarum dele peccata mea.
Multum laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me.
Quoniam transgressiones meas ego cognosco,et peccatum meum coram me est iugiter.
Tibi soli peccaui,et malum coram te feci,ut iustus permaneas in uerbis tuis, et irrepræhensibilis cum iudicaris.
Ecce ex semine peccati formatus sum, & in peccato concepit me mater mea.
Ecce ueritatem dilígis quæ est in occulto,& arcanam sapientiam manifestas mihi.
Expia me hyssopo ut munder, laua me ut sim niue candidior.

Audire

Audire me fac gaudium & lætitiam, ut exultent ossa quæ tu contriuisti.
Absconde faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus, & spiritum nouum stabilemq; da mihi.
Ne proijcias me a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
Redde mihi consolationem tua salute, & spiritus animosus sustentet me.
Docebo enim transgressores uias tuas, ut peccatores ad te conuertantur.
Libera me a reatu sanguinis o Deus, qui es Deus salutis meæ, ut lingua mea glorietur iustitiam tuam.
Aperi Domine labia mea, ut os meum annunciet laudem tuam.
Quoniam non delectaris sacrificio, alioqui darem, ne holocaustum quidem tibi placet.
Sacrificia Deo accepta sunt spiritꝰ contribulatus, cor contritum & confractum Deus non despicies.
Benefac zion secundum gratiam tuam, ædifica

ædifica muros Ierusalem.
Tunc accepta tibi erunt sacrificia Iustitiæ, holocausta & integræ oblationes, tunc offerent super altare tuum iuuencos.

Psalmus 52.

Eruditio Dauidis ad præcinendum, qñ Doeg Idumæus uenit & indicauit Sauli dicens, Venit Dauid in domum Ahimelech.

QVID gloriaris tyranne de malicia, misericordia DEI adhuc præsto est assidue.
Iniuriam cogitat lingua tua, & proscindit mendacijs ut nouacula acuta.
Loqui studes malum potius quam bonum, falsum magis quam uerum. Sela.
Loqui studes quicquid ad damnū pertinet, lingua dolosa.
Propterea Deus destruet te funditus, et conteret te, & euellet te de habitaculo tuo, & eradicabit te ex terra uiuentium. Sela.

Videbunt hoc iusti & timebunt, & eum ridebunt.

Ecce uirum, qui non credidit Deum fortitudinem suam, sed fiduciam habuit in multas diuitias suas, & fortis erat ad faciendum iniurias.

Ego autem ero in domo Dei sicut oliua uiridis, Confido enim in misericordiam Dei perpetuo & in æternum.

Gratias tibi ago in æternum quia tu ita efficis, & expectabo nomen tuum, quia hoc placet coram Sanctis tuis.

Psalmus 53.

Eruditio Dauidis ad præcinendum alternatim.

DICIT insipiens in corde suo, Deus nihil est, perditi sunt & abominabiles studijs suis non est aliquis qui faciat bonum.

Deus de cœlo prospicit super filios hominum, ut uideat num sit aliquis intelligens qui requirat Deum.

Omnes declinauerunt, inutiles simul sunt,

sunt, nõ est aliquis qui faciat bonum, ne unus quidem.

Nullus ne operariorum iniquitatis, hoc cognoscit? Qui comedunt populum meum uentris sui causa, Deũ non inuocant.

Ibi pauentes metuunt ubi non est metuendum, quoniam Deus dispergit ossa Exactorum, tu confundis eos, Deus enim eos contemnit.

Vtinam detur ex Zion salus Israel, & DOMINVS soluat captiuitatem populi sui, tunc exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

Psalmus 54.

Eruditio Dauidis ad præcinendum fidibus, quando uenerunt Siphęi et dicebant Sauli, Dauid abscondit se apd' nos

DEVS per nomen tuum salua me, & per potentiam tuam iudica mihi.

Deus audi orationem meam, attende ad uerba oris mei.

Quoniã ſuperbi inſurgunt contra me, & tyranni quærunt animam meam, et non proponunt Deum in conſpectum ſuum. Sela.

Ecce Deꝰ adiuuat me, & DOMINVS ſuſtentat animam meam.

Retorquebit maliciam in aduerſarios meos, per ueritatem tuã deſtrue eos.

Tunc cum gaudio ſacrificabo tibi, & gratias agam DOMINE nomini tuo, quia gratioſum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripis me, ita ut oculus meus gaudeat de hoſtibus meis.

Pſalmus 55.

Eruditio Dauidis ad præcinendum fidibus.

AVDI Deus orationem meam, et ne auerſeris preces meas.

Attende ad me & exaudi me, miſerrime trementem & eiulantem.

Quia clamitat inimicus & impius ſæuit, quærunt nocere mihi & ualde oderunt me.

Cor

Cor meum trepidat in me, & formido mortis cecidit ſuper me.

Timor et tremor inuaſerunt me, et horror occupauit me.

Dixi, Vtinã dentur mihi pennæ ut columbæ, ut auolem in locum tutiorem.

Ecce, ita procul hinc aufugerem, & manerem in ſolitudine. Sela.

Feſtinarem euadere, a turbine & tempeſtate.

Finde linguas eorum DOMINE & perde eos, quoniam uideo iniuriam & contentiones in ciuitate.

Hæc illic intra muros circumeunt die ac nocte, intra ipſam dolor eſt et mæror.

Iniuria regnat ibi, & non recedit de plateis eius mendacium & dolus.

Si inimicus meus malediceret mihi, tolerarem, & ſi magna iactaret contra me qui me palàm odio habet, abſconderem me ab eo.

At tu homo es conſors meus, dux meus & notus meus:

Mutuo ſimul & amice agebamus, & in domo Dei ambulauimus ſimul.

Mors ſubito occupet eos, & deſcendãt in infernum uiuentes, quoniam mera malicia intus eſt in congregatione eorum.

Ego autem ad Deum clamabo, & DOMINVS ſaluabit me.

Veſpere & mane & meridie conquerar & eiulabo, & audiet uocem meam.

Redimit animam meam a preliantibus contra me, data pace, licet multi ſint aduerſarij mei.

Audiet Deus, & humiliabit eos qui ſemper eſt, Sela. quia non mutantur, nec Deum timent.

Quia inijciunt manus ſuas in pacificos eius, & prophanant pactum eius.

Butyro mollius eſt os eorum, & tamen prelium eſt in animo eorum, ſermones eorum ſunt oleo leniores, & tamen ſunt gladij.

Reijce in DOMINVM ſolicitudinem tuam & ipſe pro te curabit, & non

non ſinet perpetuo turbari iuſtum.

Tu autem Deus illos præcipitabis in profundam foueam, Sanguinarij & doloſi non peruenient ad dimidium quô uolunt uita ſua, Ego autem ſpero in te.

Pſalmus 56.

Aureum Dauidis de columba muta inter alienos, quando capiebant eum Philiſtæi in Gath.

MISERERE mei Deus, quoniam demergit me homo, aſsidue impugnans coarctat me.

Demergũt me inimici mei aſsidue, quoniam multi ſuperbe belligerantur aduerſum me.

Quando timor inuadit me, ſpero in te:

In Deo gloriabor de uerbo eius, in Deum ſperabo & non timebo, quid enim mihi faceret caro?

Aſsidue uerba mea impugnant, omnes cogitationes eorum ſunt ut faciant mihi malum.

Conſpirant & inſidiantur, & obſeruant calcaneum meũ ut comprehendant animam meam.

Quicquid peſsime faciunt impune eſt eis, ſed tu Deus in ira hoſce populos precipita.

Numera fugas meas, repone lachrymas meas in utrem tuum, certe tu numeras.

Tunc uertentur inimici mei in fugam, Cum clamo experior qd' tu es Deus meus.

In Deo gloriabor de uerbo, in DOMINO uerbum erit prædicatio mea.

In Deum ſpero & non timebo, quid enim faceret mihi homo?

Hæc uota Deus uoui tibi, quod tibi gratias agam.

Propterea quod eripuiſti animam meam a morte, pedes meos a lapſu, ut ambulem coram Deo in lumine uiuentium.

Pſalmus 57.

Aureum

Aureum Dauidis ad præcinendum, ne periret cum fugeret metu Saulis in ſpeluncam.

MISERERE mei Deus, miſerere mei, quoniam in te confidit anima mea, ſub umbra alarum tuarum confido, donec prætereat calamitas.

Clamo ad Deum Altiſsimum, ad Deum qui reſtituit me.

Mittit de cœlo, & ſaluat me ex opprobrio demergentis me. Sela. Deus mittit miſericordiam ſuam & ueritatem ſuam.

Cum anima mea ſum in medio Leonũ, filij hominum ſunt flammæ, dentes eorum ſunt lanceæ & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus.

Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram exaltetur gloria tua.

Laqueum parant greſsibus meis, & deprimunt animam meã, foderunt mihi foueam, ſed ipſi cadunt in eam. Sela.

Paratum eſt cor meum Deus, paratum

est cor meum ad cantandum & psal-
lendum.
Euigila gloria mea, euigila psalterium
& cithara, diluculo euigilabo.
Gratias tibi agam DOMINE inter po-
pulos, psallam tibi inter nationes.
Quia misericordia tua ubiq; est quam
late patet cœlum, & ueritas tua ubi-
cunq; uidentur nubes.
Exaltare super cœlos Deus, & super
omnem terram exaltetur gloria tua.

Psalmus 58.
Aureum Dauidis ad præcinen-
dum, ne periret.

NVNQVID muti estis ut non
loquamini quod iustum est, &
iudicetis quod æquum est, uos filij
hominum?
Etiam ex malicia facitis quod iniustum
est in terra, & pergitis manibus ue-
stris facere iniuriam.
Peruersi sunt impij ab utero matris suę,
errant

errant ab utero matris suæ menda-
ces.
Furor eorum est ut furor Serpentis, ut
aspidis surdæ quæ obturat aures su-
as.
Ne audiat uocem uenefici, & incanta-
toris optime incantantis.
Deus, contere dentes eorũ in ore ipso-
rum, confringe DOMINE mola-
res catulorum Leonum.
Diffluent ut aqua quæ preterfluit, di-
rigunt sagittas suas sed ipsę frangun-
tur.
Contabescentes pereunt ut cochlea, ut
abortiuum mulieris non uident So-
lem.
Priusquam crescant spinæ uestrę in rha-
mum, uos florentes rapiet ira.
Lætabitur iustus cum uiderit hanc uin-
dictam, & lauabit pedes suos in san-
guine impij.
Vt dicat unusquisq;, Certe fructus est
iusto, certe Deus adhuc est Iudex su-
per terram.

Psalmus

Psalmus 59.

Aureum Dauidis, ne periret, quando misit Saul, qui obseruarent domum eius ut occideret eum.

ERIPE me ab inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me protege me.

Eripe me ab operarijs iniquitatis, & a uiris sanguinum salua me.

Quia ecce DOMINE ipsi insidiantur animæ meæ, congregantur contra me fortes, sine mea culpa aut peccato.

Nam sine mea culpa currunt & accinguntur, excitare in occursum meum & aspice.

Tu DOMINE Deus Zebaoth Deus Israel euigila, & uisita omnes gentes, non miserearis eis qui sunt in malicia obdurati. Sela.

Ad uesperam uiciſsim ipsi ululent ut canes, & circumeant in ciuitate.

Ecce colloquuntur simul, gladij sunt in labijs eorum, quis audiret?

Sed

Sed tu DOMINE deridebis eos, & subsannabis omnes gentes.

Cum fortiores me sunt ad te respicio, quia Deus est protectio mea.

Deus præstat abunde mihi misericordiam suam, Deus efficit ut uideam quod delectet in hostibus meis.

Ne occidas eos, ne huius obliuiscatur populus meus, sed disperge eos in fortitudine tua DOMINE scutum nostrum, & prȩcipita eos.

Doctrina eorum nihil aliud quam peccatum est, & perdurant in superbia sua, & prȩdicant nihil aliud quam blasphemias & contradictionem.

Dele eos in ira, dele eos ut nihil sint, & cognoscant quod Deus dominator est in Iacob usq; ad fines terræ. Sela.

Ad uesperam uiciſsim ipsi ululent ut canes, & circumeant in ciuitate.

Discurrant ut comedant, ululent cum non fuerint saturati.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & mane gloriabor de misericor-

dia

dia tua, quia tu es protectio & refugium meum in tribulatione mea.

Tibi psallam o fiducia mea, quia tu Deus es protectio mea, & es mihi clemens Deus.

Psalmus 60.

Aureum Dauidis ad præcinendum, ad docendum de aurea rosa, quando bellum gesserat contra Syrios Mesopotamiæ, & contra Syrios Zoba, quando Ioab reuersus percussit duodecim milia Idumęorum in ualle salis.

DEVS qui nos iratus repulisti & dispersisti, reuertere ad nos.

Qui commouisti & hiare fecisti terram, refice fissuras eius quæ ex commotione male habet.

Ostendisti populo tuo dura, potasti nos uino unde uacillamus.

Attamen dedisti metuentibus te Signum, quod erigentes tuti essent. Sela.

Vt liberentur Dilecti tui, salua dextera tua & exaudi me.

Deus

Deus loquitur in Sanctuario suo unde exulto, partibor Sichem, uallē Succoth dimetiar.

Mea est Gilead, meus est Manasse, Ephraim est fortitudo capitis mei, Iuda est Princeps meus.

Moab est olla ablutionis mihi, super Edom proferam calciamentum meum, Philistæa iubilat ad me.

Quis deducet me in aliquam ciuitatem munitam? Quis deducet me usq; in Edom?

Nonne tu Deus qui repellis nos, nec egrederis Deus in fiducia nostrorū exercituum?

Da nobis auxilium in tribulatione, quia uana est salus quæ expectatur ab homine.

Per Deum designabimus fortia, ipse conculcabit inimicos nostros.

Psalmus 61.

Psalmus Dauidis ad præcinendum fidibus.

Audi

AVDI Deus clamorem meum, attende ad deprecationem meam.

Hic infra super terram clamo ad te qñ anxium est cor meum, deduc me super Petram excelsam.

Quia tu es fiducia mea, turris fortis contra hostem.

Habitabo in tabernaculo tuo in ęternũ, & confidam sub uelamento alarum tuarum. Sela.

Quoniam tu Deus audis uota mea, & abunde ditas eos qui timent nomen tuum.

Tribuis Regi longam uitã, annos perpetuo durantes.

Vt sedeat perpetuo coram Deo, Misericordiam & ueritatem ostende ei, quæ seruent eum.

Sic fiet ut cantem nomen tuum in æternum, ut persoluam uota mea quotidie.

Psalmus 62.

Psalmus Dauidis ad præcinendum pro Ieduthun. Ani-

ANIMA mea silet Deo, qui me saluat.

Quia ipse est fiducia mea, salꝰ mea, protectio mea, ut non præcipitet me malum quantumcunq; graue.

Quousq; uos omnes insidijs petitis vnum ut occidatis, quemadmodum paries minitans ruinam & murus diruptus?

Tantum in animo habent illum deijcere, student mendacio, ore benedicũt, corde autem maledicunt. Sela.

Sed anima mea tantum silet Deo, quoniam ipse est spes mea.

Ipse est fiducia mea, salus mea, protectio mea, ut non cadam.

Apud Deum est salus mea, gloria mea, qui est Petra fortitudinis meæ, Fiducia mea est in Deum.

Sperate in eum uos populi omni tempore, effundite coram eo corda uestra, Deus est fiducia nostra. Sela.

Homines certe sunt uanitas, quin & pręcipui uiri frustrantur, simul ipsi

omnes si ponderentur sunt ipsa uanitate uaniores.

Nolite itaq; sperare in rapinam & iniuriam, nolite adhęrere uanitati, diuitię si affluant nolite cor eis affigere.

Vnum loquutus est Deus quod sæpe audiui, quod solus Deus potens est.

Et quod tu Domine misericors es, ideo reddis unicuiq; secundum opera sua.

Psalmus 63.

Psalmus Dauidis, quando erat in deserto Iudeæ.

DEVS, tu es Deus meus, mane uigilo ad te, sitit te anima mea, caro mea desiderat te in terra deserta & arida ubi non est aqua.

Ibi respicio ad te habitantem in Sanctuario tuo, uidere cupiens fortitudinem tuam & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua, quam uita, labia mea laudant te.

Ibi utinam laudarem te per omnem uitam meam, & leuarem manus meas in

as in nomine tuo.

Hæc esset dulcedo & deliciæ animæ meæ, cum laudarem te exultantibus labijs.

Cum cubo memor sum tui, cum euigilo loquor de te.

Quia tu es adiutor meus, & glorior sub umbra alarum tuarum.

Tibi adhæret anima mea, dextera tua sustentat me.

Ipsi uero ut obruant quærunt animam meam, sed descendent sub terram.

Ruent in gladium, cibus vulpium erunt.

Rex autem gaudet in DEO, per quem quisquis iurat laudabitur, quia obturabitur os loquentium mendacium.

Psalmus. 64.

Psalmus Dauidis ad præcinendum.

AVDI Deus uocem meam cum ad te oro, a terribili inimico custodi uitam meam.

Abſconde me a congregatione prauorum, a tumultu operariorum iniquitatis.

Quia acuunt linguas ſuas ut gladium, dirigunt uirulenta uerba ſua ceu ſagittas.

Vt occulte ſagittent integrum, Subito iaculantur in eum nihil timentes.

Audaces ſunt malis ſuis conatibus, conſultant quemadmodum laqueos ponant, & dicunt, quis uidebit eos?

Excogitant nocendi modos & cælant, aſtutiſsimi ſunt corde profundo.

Sed ſubito ſagittabit eos Deus, & ſentient plagam ſuam.

Ipſorum lingua præcipitabit eos, ut irrideat quiſquis eos uiderit.

Omnes homines quotquot uiderint dicent, Opus Dei eſt hoc, & intelligent eſse opus eius.

Lætabitur iuſtus in DOMINO & confidet in eum, & gloriabuntur inde omnes qui recto ſunt corde

Pſalmus

Pſalmus. 65.

Pſalmus Cantici Dauidis ad præcinendum.

TV laudaris Deus in Zion cum ſilentio, & tibi redditur uotum.

Tu audis preces, ideo ad te omnis caro uenit.

Iniquitates noſtræ grauant nos, ſed tu propicius ſis peccatis noſtris.

Beatus ille eſt quem tu eligis, & tibi aſſumis ut habitet in atrijs tuis, is ſatiabitur bonitate domus tuæ ſancti Templi tui.

Exaudi nos Deus ſalutis noſtræ admirabili iuſticia, qui es fiducia uſq; ad extrema terræ & ad mare longe habitantium.

Qui ſtabilit montes uirtute ſua, & accinctus eſt potentia.

Qui compeſcit tempeſtatem maris, fremitum fluctuum eius, & tumultum populorum.

Vt timeant in illis extremis habitantes a ſignis tuis, tu exhilaras quicquid

mouetur mane & uesperi.

Visitas terram & irrigas eam,& uaricditas eam,fonticulus DEI abundat aquis, pronenire facis frumentum eorum,ita enim curas terram.

Sulcos eius inebrias, arata eius humectas, imbribus mollem reddis eam, germini eius benedicis.

Coronas annum bonis tuis,& uestigia tua stillant pinguedine.

Etiam habitacula deserti stillant pinguedine, & colles circunquaqꝫ læti sunt.

Pascua operiuntur gregibus, & ualles abundant frumento, Iubilatur & cantillatur.

PSALMVS. 66.

Canticum Psalmi ad præcinendum.

IVBILATE DEO, omnes regiones.

Psalli-

Psallite ad gloriam nomini eius, cum gloria laudate eum.

Dicite DEO quam admiranda sunt opera tua, frustrabuntur per te inimici tui præ magnitudine potentiæ tuæ.

Omnis terra adoret te & psallat tibi, psallat nomini tuo. Sela.

Venite & uidete opera DEI,qui opere admirabilis est inter filios hominum.

Conuertit mare in aridam, per flumen transitur pedibus, propter hoc lætamur in ipso.

Ipse dominatur sua potentia in æternum, oculi eius obseruant populos, sed desertores non exaltabuntur per semet ipsos. Sela.

Vos populi benedicite DEO nostro, & proclamate laudem eius.

Qui conseruat animam nostram ut uiuat,nec permittit uacillare pedes nostros.

Quoniam probasti nos Deus, examinasti nos ut argentum in igne.
Induxisti nos in carcerem, imposuisti onus super lumbos nostros.
Inuexisti homines super caput nostrũ, peruenimus in ignem & in aquam, et tu eduxisti nos in refrigerium.
Idcirco ingrediar in domum tuam cum holocaustis, & persoluam tibi uota mea.
Quæ promiserunt labia mea, & loquutus sum ore meo in tribulatione mea.
Holocausta pinguia offeram tibi incensis arietibus, offeram Boues cum hircis. Sela.
Venite, audite omnes qui timetis Deum, narrabo quanta fecerit animæ meæ.
Ad ipsum ore meo clamaui, & glorificaui eum lingua mea,
Iniusti conatus si mihi conscius essem, non audiret DOMINVS.
Ideo audit Deus, & attendit uoci orationis meæ.

Bene-

Benedictus sit Deus, qui non reiecit orationem meam & misericordiam suam a me.

Psalmus 67.
Psalmus Cantici ad præcinendum fidibus.

DEVS misereatur nostri & benedicat nobis, illuminet uultum suum super nos. Sela.
Vt cognoscamus in terra uiam tuam, inter omnes gentes salutem tuam.
Gratias agant tibi populi Deus, gratias agant tibi populi omnes.
Lætentur & iubilent populi, quod iudicas populos per iusticiam, et populos in terra dirigis. Sela.
Gratias agant tibi populi Deus, gratias agant tibi populi omnes.
Terra profert germen suum, benedicat nobis Deus, Deus noster.
Benedicat nobis Deus, Et timeant eum omnes fines terræ.

Psalmus 68.

Psalmus Cantici Dauidis ad præcinendum.

EXVRGAT Deus ut dissipentur inimici eius et qui oderunt eum fugiant a facie eius.

Sicut propellit fumus propelle eos, sicut liquefit cæra coram igne, sic pereant impij a facie DEI.

Iusti autem lætentur & exultent coram Deo. & gaudio delectentur.

Cantate Deo, psallite nomini eius, præparate uiam ei qui aduehitur molliter DOMINVS, nomen eius est, exultate coram eo.

Qui pater est orphanorum & Iudex uiduarum, ipse est Deus in habitaculo sancto suo.

Deus, qui ex solitarijs familias facit, qui educit uinctos oportuno tempore, sed desertores permanent in arido.

Deus cum præibas populo tuo, & gradiebaris per solitudinem. Sela.

Terra

Terra tremuit & cœli stillauerunt propter præsentiam huius DEI Sinai, propter præsentiam DEI qui est Deus Israel.

Nunc autem pluuiam largam effundis o Deus, & hæreditatem tuam quæ arida est recreas.

Vt animalia tua habitare possint in ea, tuis bonis pauperem consolaris Deus.

DOMINVS dat uerbum, et exercitum magnum Euangelistarum.

Reges exercituum mutuo diligunt, & pulchritudo domus diuidit spolia.

Cum castrametamini, apparetis quasi splendor alarum Columbæ, quæ splendent ut argentum & aurum.

Quando Omnipotens distribuit ubique Reges inter eos, tunc obscuritas erit serenissima.

Mons DEI est mons frugiferus, mons excelsus & frugiferus.

Cur

Cur exilitis uos montes excelsi? In hoc monte Deo beneplacitum est habitare, hic DOMINVS habitabit perpetuo.

Currus DEI sunt multa millena milia, DOMINVS est inter eos in Sancto Sinai.

Ascendisti in altum captiuam duxisti captiuitatem, accepisti dona pro hominibus, etiam desertores, ut DOMINVS Deus ibi inhabitet.

Benedictus sit DOMINVS quotidie onerat quidem nos Deus sed saluat quoq;. Sela.

Deus nobis est Deus ad saluandum, & DOMINVS Deus eripiens a morte.

Verum Deus conteret caput inimicorum suorum, & uerticem capilli, qui pergunt perpetuo in delictis suis.

Hęc tamen dicit DOMINVS, Ex pinguibus adducam aliquos, adducam aliquos ex profundo mari.

Ideo pes tuus tingetur sanguine inimicorum,

corum, & lambent ipsum canes tui.

Videbitur o Deus quemadmodum incedas, quemadmodnm tu Deus meus & Rex meus incedas in Sanctuario.

Præcedunt cantores, sequuntur instrumenta Musica, in medio iuuenculaarum tympana pulsantium.

In congregationibus benedicite DEO, DOMINO, propter fontem Israel.

Ibi dominatur inter eos Benlamin paruulus, Principes Iuda cum cœtu suo Principes Sebulon, Principes Naphthali.

Deus tuus constituit Regnum tuum, hoc Deus confirma nobis, quia opus tuum est.

Propter Templum tuum quod est in Ierusalem, offerent tibi Reges munera.

Increpa bestiam quæ est in arundineto, congregationem taurorum inter uitulos populos conculcantem propt argentum, Ipse dissipat populos qui bella desiderant.

Veni

Venient Principes ex Aegypto, Aethiopia extendet manus suas ad Deum.

Regna terræ cantate Deo, psallite DOMINO. Sela.

Qui uehitur in cœlis ubiq; ab initio, ecce dabit tonitruo suo uires.

Date fortitudinem DEO, magnificentia eius in Israel est, & fortitudo eius in nubibus.

Mirabilis est Deus in Sanctuario suo, ipse est Deus Israel, ipse dabit uirtutem & fortitudinem populo, Benedictus sit Deus.

Psalmus 69

Psalmus Dauidis de Rosis ad præcinendum.

SALVA me Deus, quoniam peruenerunt aquæ vsq; ad animam meam.

Demergor in lutum profundum ubi fundus non est, sum in profundo aquarum & fluctus inuoluunt me.

Defati-

Defatigatus sum clamando, raucæ factæ sunt fauces meæ, destituunt me oculi mei, dum expecto Deum meum.

Qui me sine causa odio habent, plures sunt quam capilli capitis mei, qui iniuste aduersantur mihi ad perdendum me fortes sunt, exoluo quæ non rapui.

Deus tu nosti insipientiam meam, & peccata mea non te latent.

Non confundantur in me qui expectant te Domine, DOMINE Zebaoth, nõ erubescant in me qui quęrunt te Deus Israel.

Quoniam propter te sustineo opprobriũ, operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fratribus meis, & ignotus filijs matris meæ.

Zelus enim domus tuæ absumit me, & opprobria exprobrantium tibi cadunt super me.

Et fleo & ieiunijs me affligo, & hoc ipsum probro uertitur mihi.

Indui

Indui saccum, & ob hoc factus sum etiam fabula illis.

Fabulantur de me qui sedent in porta, & canunt de me qui potant uinum in tabernis.

Ego autem oro ad te DOMINE, in tempore accepto.

Deus secundum multitudinem misericordiæ tuæ exaudi me, secundum fidelem salutem tuam.

Eripe me de luto ut non demergat, ut liberer ab odio habentibus me & ex profundo aquarum.

Ne fluctus me inuoluant & absorbeat profundum, neue os putei super me claudatur.

Exaudi me DOMINE quoniam benigna est misericordia tua, secundum magnitudinem miserationum tuarū respice ad me.

Et ne abscondas faciem tuam a seruo tuo, quoniam anxius sum, uelociter exaudi me.

Accede ad animam meā & libera eam, propter

propter inimicos meos eripe me.

Tu nosti opprobrium meum, ignominiam & pudorem meum, in conspectu tuo sunt omnes aduersarij mei.

Hoc opprobrium misere cruciat cor meum, & debilitat me, expecto miserantem aliquem & nullus est, consolantem & non inuenio.

Ipsi uero dant mihi fel ad edendum, & acetum ad bibendum sitienti.

Fiat mensa eorum coram ipsis laqueus, retributio, scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne uideant, & lumbos eorum fac perpetuo desicere.

Effunde super eos indignationem tuam, & ira furoris tui compræhendat eos.

Fiat habitatio eorum deserta, & non sit quisquam qui in tabernaculis eorum inhabitet:

Nam persequuntur quem tu percussisti, & iactitant quod tu dolore vulnerum tuos afficis.

Ruant de peccato in peccatum, ut non perueniant ad tuam Iustitiam.
Deleantur de Libro uiuentium, ne cum iustis adscribantur.
Ego uero sum pauper & dolens, salus tua Deus protegat me.
Laudabo nomen DEI cum cantico, & magnificabo eum cum gratiarum actione.
Hoc placebit DOMINO plus quam oblatus iuuencus, cornua producens & vngulas.
Vident hoc pauperes & lætantur, et uiuet cor quærentium Deum.
Audit enim pauperes DOMINVS, & non despicit uinctos suos.
Laudent eum cœli & terra & maria, & omnia quæ mouentur in eis.
Quoniam Deus saluabit Zion, & ædificabit ciuitates Iuda, ut habitent ibi & hæreditario iure possideant eam.
Et semen seruorum eius hæreditate possidebit eam, & qui diligunt nomen eius permanebunt in ea.

Psal-

PSALMVS. 70.

Psalmus Dauid ad præcinendum pro commemoratione.

DEVS ad eripiendum me, DOMINE ad adiuuandum me festina.
Confundantur & erubescant qui quærunt animã meam, uertantur in fugã & pudefiant, qui male mihi uolunt.
Vicissim ipsi ignominia afficiantur, qui ita insultant mihi, euge, euge.
Exultent & lætentur in te omnes quærentes te, et qui salutem tuam diligũt dicant semper, magnificetur Deus.
Ego autem sum pauper & afflictus, festina Deus ad me, adiutor enim & liberator meus es tu, DOMINE ne moreris.

PSALMVS. 71.

IN te spero DOMINE non confundar in æternum.
Iustitia tua libera me et erue me, inclina ad me aurem tuam & salua me.
Esto mihi fiducia fortis quò perpetuo

confugiam, qui promisisti auxiliari mihi, quia Petra mea & Arx mea tu es.

Deus meus eripe me de manu impij, de manu iniqui & tyranni.

Quia tu es fiducia mea Domine, DOMINE spes mea a iuuentute mea.

In te confisus sum ab utero matris meæ, tu extraxisti me de uentre matris meæ, te prædico semper.

Tanquam prodigium factus sum multis, sed tu es fiducia mea fortis.

Repleatur os meum laude tua, & gloria tua quotidie.

Ne abijcias me in tempore senectutis, cum defecerint uires meæ ne derelinquas me.

Quia inimici mei loquuntur contra me, & qui quærunt animam meam consultant simul.

Et dicunt, Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum, quia nemo est qui eripiat.

Deus ne longe fias a me, Deus meus ad auxilium

auxilium meum festina.

Confundantur & pereant qui aduersantur animæ meę, operiantur pudore & ignominia qui quærunt malum mihi.

Ego autem iugiter expectabo, & adhuc amplius te prædicabo.

Os meum annunciabit Iusticiam Tuam, & quotidie salutem Tuam, quarum non noui numerum.

Ego incedo in potentia dominatoris DOMINI, SOLAM prædico Tuam Iusticiam.

Deus tu docuisti me a iuuentute mea, ideo ego annuncio mirabilia Tua.

Etiam in senecta & canicie ne derelinquas me Deus, donec annunciem brachium Tuum generationibus, & potentiam Tuam omni posteritati.

Iusticia Tua Deus alta est, qui facis Magnalia, Deus quis est similis tibi?

Tu enim facis me experiri tribulationes multas & graues, & rursus uiuificas me, & de abysis terræ reducis me.

Valde glorificas me,& uiciſsim conſolaris me.

Ideoq; gratias ago tibi pſalterio pro ueritate Tua Deus meus,pſallo tibi Cithara o Sancte Iſraelis.

Labia mea & anima mea quam redemiſti,exultant & pſallunt tibi.

Quin & lingua mea quotidie meditatur iuſticiam Tuam, quia confuſi & contempti facti ſunt qui quærunt malum mihi.

Pſalmus 72. Salomonis.

DEVS iudicium Tuum da Regi, & iuſticiam Tuam Filio Regis.

Vt adducat populum Tuum ad Iuſticiam,& eripiat afflictos tuos.

Adducant montes Pacem populo, & colles Iuſticiam.

Patrocinabitur populo afflicto & ſaluabit pauperem, & conteret calumniatorem.

Timebunt te donec erit Sol & Luna, cunctis ſæculis.

Deſcen-

Deſcendet ſicut pluuia in uellus, ſicut ſtillæ irrigantes terram.

In diebus eius florebit iuſtus & abundantia pacis, donec amplius non ſit Luna.

Et dominabitur a mari uſq; ad mare,& a flumine uſq; ad terminos orbis terrarum.

Corã eo flectent genua qui ſunt in deſertis,& inimici eiꝰ puluerẽ lingent.

Reges maris & Inſularum munera oferent, Reges Arabum & Sabæorum dona adducent.

Et adorabunt eum omnes Reges, omnes gentes ſeruient ei.

Quia liberabit pauperem clamantem, & afflictum cui non eſt adiutor.

Miſerebitur abiecto & pauperi, & animas pauperum ſaluabit.

Ex fraude & iniuria redimet animas eorum, & precioſus habebitur ſanguis eorum coram ipſo.

Viuet, & dabitur ei aurum ex Arabia, & orabitur coram Eo iugiter, quotidie Ipſe prędicabit.

Super terram in uertice montium erit copia frumenti, fructus eius mouebitur ut Libanus, & florebunt in ciuitatibus ut herba in agris.

Nomen eiꝰ durabit in æternum, quamdiu sol manserit propagabit̃ ad posteros nomen eius, & benedicentur per Ipsum, magnificabunt Eum omnes gentes.

Benedictus sit DOMINVS Deus, Deus Israel, qui facit mirabilia Solus

Et benedictum sit gloriosum nomen eius in æternum, & repleatur omnis terra gloria eius, Amen, Amen.

FINIS ORATIONVM DAVID FILII ISAI.

PSALMVS. LXXIII.

Psalmus Asaph.

CERTE DEVS est Israeli benignus, si quis est mundo corde.

At mei pedes labi cœperant, uelut in lubrico collapsus ferè fuissem.

Quia

Quia zelo mouebar aduersus inflatos, quando uidi impios esse fortunatos.

Non enim exercentur metu mortis, sed firmi sunt ut palacium aliquod.

Non agunt in molestijs ut alij homines, nec sicut reliqui homines flagellantur.

Ideo secure superbiunt, & de sua uiolentia gloriantur.

Personam suam efferunt ut pinguem uentrem, faciunt quicquid cogitant.

Contemnunt omnia & calumniantur, loquuntur & calumniantur superbe.

Verba sua pro oraculo haberi uolunt, dicta sua approbari uolunt super terram.

Ideo accedit eis uulgus, & accumulat se eis ut aquæ.

Et dicũt, qui fiat ut istos cognoscat Deus? Qui curaret eos Altissimus?

Ecce tales sunt impij, hi sunt fortunati in mundo, & asequuntur diuitias.

Ergo scilicet frustra abstinuit cor meũ a malo, & laui in innocentia manus meas?

Et fui flagellatus quotidie,& adest increpatio mei quoties dies oritur?

Ferè dixissem ut illi, sed ecce ita reprobassem omnes filios tuos quotquot unquam fuerunt.

Conabar huius rationem inuenire, sed non potui cognitione mea.

Donec ingrederer in Sanctuariũ DEI, & intenderem in nouissima eorum.

Profecto in lubricis ponis eos,& præcipitas eos ad interitum.

Quâm subito pereunt,ad nihilum redigũtur,et subitis terroribus intereũt.

Vt somnium euigilantis,contemptã facis DOMINE in ciuitate imaginem eorum.

Tamen interim me male habet in corde, & pungor in renibus meis.

Quod hic oportet me esse insipientem, ignarum et ut iumentum coram te.

Attamen ego semp maneo apd̄ te,quia tu tenes dexteram manum meam.

Deducis me secundum consiliũ tuum, & tandem cum gloria suscipis me.

Vbi

Vbi te habeo,nihil mihi sunt cœlum & terra.

Etiam si mihi deficiat corpus & anima, tamen tu Deus perpetuo es consolatio cordis mei & possessio mea.

Quoniam ecce qui deficiunt a te peribunt, perdis omnes qui scortantur contra te.

Mihi autem iucundum est adhærere Deo,et ponere in dominatorem DOMINVM fiduciam meam,ut annunciem omnia quæ tu facis.

PSALMVS. 74.

Eruditio Asaph.

QVARE nos Deus repellis perpetuo,et nimium excandescis aduersum gregem pascuæ Tuæ.

Memor esto congregationis tuæ quam olim tibi acquisiuisti & tibi hæreditatem redemisti,& montis Zion ubi habitas.

Conculca eos pedibus tuis ut pereant perpetuo, omnia uastauit inimicus in Sanctuario. Rugi-

Rugiunt hostes tui in domibus tuis,& ponunt in eas Idola sua.
Palâm uidentur superius micare secures,quemadmodum quando in sylua arbores exciduntur.
Et perdunt illic omnia tabulata eius,securi & bipenni.
Incendunt igni Sanctuarium tuũ, prophanant usq; ad fundum habitationem nominis tui.
Dicunt in corde suo, depredemur eos simul.cõburunt omnes domos DEI in terra.
Signa nostra iam non uidemus,non est amplius hic Propheta nec Doctor qui nos doceat posthac.
Quousq; Deus contumelias iactabit aduersarius, & inimicus blasphemabit assidue nomen tuum?
Quare auertis manum tuam & dexteram tuam perpetuo,a Sinu tuo?
At Deus est Rex meus â seculis prioribus, qui operatur omnem salutem quæ fit super terram.

Tu diui-

Tu diuidis mare potentia tua, tu confringis capita Draconum in aquis.
Tu conteris capita Cetorum, & das eos escam populo qui est in deserto.
Tu scaturire facis fontes & torrentes, & rapidissimos fluuios exiccas.
Tuus est dies & tua est nox, tu ordinas cursum syderum & Solis.
Tu statuis cuicunq; terræ terminos, æstatem & Hiemem tu facis.
Memento huius quæso,quod inimicus contumelia afficit DOMINVM,& populus insipiens blasphemat nomen tuum.
Ne tradas bestiæ animam turturis tuæ, & ne obliuiscaris penitus animalium tuorum afflictorum.
Respice ad fœdus, quia terra ubiq; misere uastata est & domus dissipatæ.
Ne abeat pauper cũ pudore, nam pauperes & afflicti celebrant nomen tuum.
Exurge Deus, defende tuam ipsi⁹ causam,memor esto opprobriorum quæ

in te

in te iactant insipientes quotidie.
Ne tradas obliuioni uoces inimicorum tuorum, insultatio aduersariorum tuorum assidue fit maior.

PSALMVS 75. Ad præcinendum.

Psalmus & Canticum Asaph, ne periret.

GRATIAS tibi agimus Deus, gratias agimus, & narramus mirabilia tua, quod prope est nomen tuum.
Nam stato tẽpore, Ego iuste iudicabo.
Terra tremit & quotquot habitant in ea, Ego autem confirmo columnas eius. Sela.
Ego dixi ad inflatos, nolite gloriari, & ad impios, nolite extollere cornu.
Nolite extollere in altum cornu uestrũ, nolite pronunciare erecta ceruice.
Quasi nihil metuendum sit uel ab ortu uel ab occasu, uel a montibus qui sunt in deserto.

Nam

Nam Deus Iudex est, qui hunc humiliat & illum exaltat.
Calix enim est in manu DOMINI plenus forti Vino, & potum dat ex eo, sed omnes impij bibent ita ut & fecem exhauriant.
At ego prędicabo in sæculum, psallam Deo Iacob.
Et confringam omnia cornua impiorũ, & exaltabuntur cornua iusti.

PSALMVS 76.

Psalmus Cantici Asaph ad præcinendum fidibus.

NOTVS est in Iuda Deus, in Israel magnificatur nomem eius.
In Salem est tentorium eius, & habitatio eius in Zion.
Ibi confringit sagittas arcus, scutum, gladium & bellum. Sela.
Illustrior et potentior es Montibus prędæ.
Prędа fiant superbi & dormiant, & omnes uiri bellatores manibus deficiant

Ab in-

Ab increpatione tua Deus Iacob, somno obruuntur & Equi & currus.
Tu terribilis es, quis consistet coram te ubi iratsceris?
Cum facis audiri e cœlo iudicium, terra pauet & quiescit.
Cum exurgit ad iudicandum Deus, ut saluet omnes afflictos super terram. Sela.
Cum furunt homines tu glorificaris, & cum pergunt furere tu accingis te.
Vouete & reddite DOMINO DEO uestro omnes qui circum ipsum estis, afferte munera terribili.
Qui aufert animum principibus, et terribilis est regibus terræ.

Psalmus 77.

Psalmus Asaph pro Ieduthun ad præcinendum.

MEA uoce ad Deum clamo, uoce mea ad Deum et exaudit me.
In die tribulationis meæ quæro DOMINVM, manus mea nocte extenditur

ditur & non quiescit, non enim admittit consolationem anima mea.
In tristicia memor sum Dei, in angustia cordis mei loquor. Sela.
Tenes palpebras meas ad uigilandum, debilitatus sum ut loqui non possim.
Cogito dies antiquos, annos preteritos.
Recordor nocte Psalterij mei & loquor cum corde meo, perscrutatur enim spiritus meus.
Num in æternũ abijciet DOMINVS, & non ultra habebit bonam uoluntatem erga nos?
Nunquid defecit penitus misericordia eius, & promissio habet finem?
Num oblitus est misereri Deus, & præira misericordiam suam recondit? Sela.
Interim tamen dixi, hæc mihi sustinenda sunt, dextera Altissimi hæc mutare potest.
Ideo memor sum operum DOMINI, memor sum præteritorum mirabilium tuorum.

Et loquor de omnibus operibus tuis,& loquor de studijs tuis.
Deus sancta est uia Tua; ubi est Deus potens ut tu Deus es?
Tu es Deus faciens mirabilia,notam fecisti inter populos potentiam tuam.
Redemisti potenter populum tuum,filios Iacob & Ioseph. Sela.
Viderunt te aquæ Deus,uiderunt te aquæ & doluerunt, & abyssi tumultuatæ sunt.
Atræ nubes effuderunt aquas, æther tonitruis concrepuit; & iacula tua discurrebant.
Tonitruum tuum undiq; audiebatur in cœlo,fulgura splendorem iaculabantur super terram, contremuit & mouebatur terra.
In mari erat uia tua,& semitæ tuæ in aquis plurimis, & tamen uestigia tua non cognoscebantur.
Deduxisti populum tuum ut gregem ouium,per Mosen & Aaron.

PSALMVS. 78.

Eruditio Asaph. Auscul-

AVSCVLTA mi populle legem meam,inclinate aures uestras ad uerba oris mei.
Aperiam ad Parabolas os meum, & eloquar olim gesta.
Quæ audiuimus & nouimus, & patres nostri narrauerunt nobis.
Vt non occultemus filijs eorum qui posteri erunt,sed annunciemus laudes DOMINI & fortitudinem eius & mirabilia eius quæ fecit.
Statuit testimonium in Iacob, & legem posuit in Israel quæ mandauit patribus docere filios suos.
Vt posteri discant,& filij nascituri ubi adoleuerint narrent ea filijs suis.
Vt ponant in Deum spem suam,& non obliuiscantur operum DEI,& mandata eius custodiant.
Ne fiant similes patribus suis,quæ erat generatio contumax & inobediens, cuius cor nõ fuit stabile,nec fideliter adhæsit DEO spiritus eius.
Filij Ephraim armati egredientes cũ arcu,desertores facti sunt in die belli.

Non ſeruauerunt pactum DEI, et in lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti ſunt operum eius, & mirabilium eius quæ oſtenderat eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Zoan.
Diuiſit mare & traduxit eos, ſtatuit aquas quaſi murum.
Duxit eos interdiu ſub nube, & noctu pręcedente ſplendore ignis.
Dirupit Petras in Eremo, et potauit eos aqua abunde.
Eduxit riuos ex Petra, ut defluerent uelut flumina.
Et tamen adhuc addiderunt peccata contra eum, & exacerbauerunt Altiſsimum in deſerto.
Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis, ut exigerent eſcas animabus ſuis.
Et loquuti ſunt contra Deum dicentes, Deus ſcilicet pararet menſam in deſerto?
Ecce, percuſsit quidem Petram, ut fluerent aquæ & riui emanarent, quomodo

modo autem poterit panem dare & parare carnes populo ſuo?
Hoc audiens DOMINVS ira exarſit, & ignis accenſus eſt in Iacob, & ira aſcendit ſuper Iſrael.
Eo quod non crediderunt in Deum, nec ſperauerunt in ſalutem eius.
Et mandauit ſupernis nubibus, & ianuas cœli aperuit.
Et pluit eis Manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis.
Panem Angelorum manducauerunt homines, cibum miſit eis abunde.
Flare fecit Eurum ſub cœlo, et commouit potentia ſua Auſtrum.
Et pluit ſuper eos carnes ut puluerem, & uolucres ut arenam maris.
Et cadere fecit eas in media caſtra eorũ, ad habitacula eorum.
Et comederunt & ſaturati ſunt nimis, & ſatis fecit cupiditati eorum.
Cum autem expleſsent cupiditatem ſuam, & adhuc inde ederent.
Ira DEI aſcendit ſuper eos, & occidit

robustos eorum, & prostrauit selectos in Israel.

Vltra hæc omnia peccauerũt adhuc, & non crediderunt per mirabilia eius.

Ideo moriebantur nihil asecuti, & per omnem uitam affligebantur.

Cum occideret eos quærebant eum & diluculo reuertebantur ad Deum.

Et recordabantur Deum esse fiduciam suam & Deum Altissimum redemptorem suum.

Et ore suo adulabantur ei, & lingua sua mentiebantur ei.

Sed cor eorꝫ nõ erat candidũ erga eum, nec fideliter pstiterunt in pacto eius.

IPSE AVTEM ERAT MISEricors, et propicius fiebat peccatis eorꝫ, & non disperdidit eos, ac sæpe auertit iram suam nec accendit totam iram suam.

Recordabat enim quod caro sunt, uentus abiens & non rediens.

Sæpe ad iracundiam prouocauerunt eũ in deserto, & exacerbauerunt eum in Eremo.

Subinde redierunt ad tentandum Deum, & Sancto Israelis præfinierunt:

Non recordabantur manus eius, diei qua redemerat eos ab inimico.

Quemadmodum feciset signa sua in Aegypto, & mirabilia sua in terra Zoan.

Vbi uertit aquas eorum in sanguinem, ne biberent ex torrentibus suis.

Immisit in eos omnis generis muscas, quæ depascebantur eos, & ranas quę perdebant eos.

Et dedit brucho germen eorum, & sata eorum locustæ.

Percussit grandine uites eorum, & sicomoros eorum pruina.

Perdidit grandine iumenta eorum, & greges eorum iaculato cœlitus igne.

Immisit in eos Angelos malos in furore iræ suæ, qui frementes, uindicta ardebant & affligebant eos.

Et ipse pergebat ira sua, & non pepercit occidere animas eorum, & iumenta eorum peste corripuit.

Occidit omne primogenitum in terra Aegypti, primos hæredes in tabernaculis Ham.

Et migrare fecit sicut oues populum suum, & deduxit eos ut gregem in deserto.

Et deduxit eos secure ne timerent, inimicos autem ipsorum operuit mare.

Et adduxit eos in terminos sanctos suos ad montem Hunc, quem acquisiuit dextera eius.

Et eiecit coram eis gentes, & tradidit eis possessiones distribuendas, ut habitarent tribus Israel in tabernaculis illarum.

Ipsi uero tentauerunt & exacerbauerunt Deum Altissimum, & testimonia eius non custodierunt.

Et retro conuersi preuaricati sunt ut patres eorum, facti sunt inutiles ut arcus prauus.

Et ad iracundiam prouocauerunt eum suis Excelsis, & suis Idolis eum irritauerunt.

Hoc

Hoc audiens Deus ira exarsit, & abiecit Israel uehementer.

Ita ut repudiaret habitaculum suum in Silo, tabernaculum ubi habitauerat inter homines.

Et dedit Potestatem eorum in captiuitatem, & Gloriam eorum in manus inimici.

Et tradidit gladio populum suum, & excandescebat aduersus hereditatem suam.

Robustam iuuentutem eorum uorauit ignis, & uirgines eorum mansérunt innuptæ.

Sacerdotes eorum per gladium cecidérunt, nec supererant uiduæ quæ lugerent.

Et expergefactus est DOMINVS tanquam aliquis e somno, tanquam potens qui iubilat præ potato uino.

Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit eis.

Repulit etiam tabernaculum Ioseph, &

tribum Ephraim non elegit.
Sed elegit tribum Iuda, montem Zion quem diligit.
Et ædificauit Sanctuarium suum uelut arcem, ut terram quæ perpetuo consistat.
Et elegit Dauid seruum suum, e caulis ouium accepit eum.
A lactantibus ouibus tulit eum, ut pasceret populum suum Iacob & hæreditatem suam Israel.
Et pauit eos fideliter, et summa diligentia gubernauit eos.

PSALMVS 79.

Psalmus Asaph.

DEVS gentes uenerunt in hæreditatem tuam, prophanauerunt templum sanctum tuum, redegerũt Ierusalem in rudera lapidum.
Obiecerunt cadauera Seruorum tuorũ uolatilibus sub cœlo ad uorandum, carnes Sanctorum tuorum bestijs terræ.

Effude-

Effuderunt sanguinem eorum tanquã aquam per circumitum Ierusalem, et non erat qui sepeliret.
Facti sumus opprobrium uicinis nostris, subsannatio & illusio ijs qui circum nos sunt.
Quousque DOMINE irascéris sine modo, & exardescet sicut ignis ira tua?
Effunde furorem tuum super gentes quæ te non nouerunt, et super regna quæ non inuocant nomen tuum.
Quia deuorarunt Iacob, & habitacula eius uastauerunt.
Ne memineris iniquitatum nostrarum priorum, festina nobis misereri, quia tenues facti sumus nimis.
Adiuua nos Deus saluator noster propter gloriam nominis tui, libera nos & ignosce peccatis nostris propter nomen tuum.
Quare dicant gentes, ubi nunc est Deorũ? Innotescat potius inter gentes coram oculis nostris ultio sanguinis Seruorũ tuorũ qui effusus est. In-

Ingrediatur sub conspectum tuum gemitus captiuorum, secundum magnitudinem brachij tui conserua filios morti destinatos.

Et redde uicinis nostris septuplum in sinum eorum, contumeliam DOMINE qua te affecerunt.

Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ gratias agimus tibi in æternum, & prædicamus laudem tuam, etiam posteris perpetuo.

PSALMVS. 80.

Psalmus Asaph de aurea Rosa ad præcinendum.

PASTOR Israelis ausculta, qui educis Ioseph uelut oues, qui sedes super Cherubim appare.

Excita potentiam tuam qui es coram Ephraim, Benlamin & Manasse, & ueni ad saluandum nos.

Deus consolare nos, illustra faciem tuam, & salui erimus.

DOMINE Deus Zebaoth, quousq; irascéris

irascéris contra orationem populi tui?

Cibas eos pane lachrymarum, & potas eos mensura magna lachrymis plena

Exposuisti nos contentioni uicinorum nostrorum, & inimici nostri subsannant nos.

Deus Zebaoth consolare nos, illustra faciem tuam, & salui erimus.

Vitem ex Aegypto tulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam.

Parasti ei spacium, & extendisti radices eius, ita ut impleuerit terram.

Cooperti sunt montes umbra eius, & ramis eius cedri DEI.

Propagasti germen eius usq; ad mare, & usq; flumen ramos eius.

Quare ergo destruxisti sepem eius, ut uastent eam quotquot prætergrediuntur?

Euerterunt eam apri syluestres, & feræ agrestes depastæ sunt eam.

Deus Zebaoth reuertere obsecro, respice de cœlo, & intuere, & uisita uitem hanc. Et in

Et integram ſerua quam plantauit dextera tua, et quam conſtanter elegiſti tibi:

Reſpice uultu tuo & increpa, ut ſit finis incendiorum & uaſtationis.

Protegat manus tua populum dexteræ tuæ & homines quos conſtanter elegiſti tibi.

Et non diſcedemus a te, uiuifica nos, & nomen tuum inuocabimus.

DOMINE Deus Zebaoth conſolare nos, illuſtra faciem tuam, & ſalui erimus.

PSALMVS. 81.

Aſaph ad præcinendum ſuper Githith.

EXVLTANTES laudate Deum fortitudinem noſtram, iubilate DEO Iacob.

Aſsumite pſalmos, & afferte tympana, iucundas Citharas & pſalteria

Clangite in nouilunio tuba, in die conſtitutæ feſtiuitatis noſtræ.

Quia hic eſt mos in Iſrael, & ſtatutum DEI Iacob.

Hoc enim ſtatuit ad teſtimonium in Ioſeph, cum egrederentur ex terra Aegypti, ubi audierāt linguam incognitam.

Et ego amoueram ab onere humerum eorum, manuſq; eorꝝ liberatæ erant a faciendis lateribus.

Cum inuocares in tribulatione liberaui te, & exaudiui te ubi te obruerat tempeſtas, exploraui te apud aquas contradictionis. Sela.

Audi mi populе, & teſtificabor tibi, Iſrael audi me.

Ne ſit in te Deus extraneus, & ne adores Deum alienum.

Ego ſum DOMINVS Deus tuus qui eduxi te ex terra Aegypti, dilata os tuum & implebo illud.

Sed populus meꝰ non audit uocem meam, & Iſrael non acquieſcit mihi.

Ideo dereliqui eos in opinionibus cordis ſui, ut ambulent in conſilijs ſuis.

Si populus meus audiret me, & Iſrael in uijs meis ambularet.

Facile

Facile inimicos eorꝝ perderem, & uerterem manum meam contra aduersarios eorum.

Et qui oderunt DOMINVM frustra conarentur aduersus eum, horum autem tempus esset æternum.

Et cibarem eos medulla tritici, et ex Petra melle saturarem eos.

PSALMVS 82.

Psalmus Asap.

DEVS stat in congregatione Dei, & Iudex est inter Deos.

Quousqꝫ iudicabitis inique, et personas impiorum preferetis? Sela.

Iudicium prestate pauperi & pupillo, afflictum & egenum iure defendite.

Eripite despectum et pauperem, de manu impiorum liberate eum.

Sed admoneri nolunt, contemnũt, perpetuo ambulant in tenebris, ideo cadunt omnia fundamenta regionis.

Ego dixi quidem, Dij estis, & filij Altissimi omnes.

Sed ta-

Sed tamen sicut homines moriemini, & sicut aliquis tyrannus precipites peribitis.

Exurge Deus, iudica terram, quia Tua est hæreditas inter omnes gentes.

PSALMVS. 83.

Psalmus Cantici Asaph.

DEVS ne taceas quæso, neqꝫ ita sileas, neqꝫ feras amplius Deus.

Quia ecce inimici tui fremunt, & qui oderunt te extollunt caput.

Callide conspirant contra populum tuum, & consultant aduersus Absconditos tuos.

Venite inquiunt, extirpemus eos ut nõ sint populus, ut non memoretur nomen Israel ultra.

Quia consilio unanimiter inito, contrà te fœdus pepigerunt.

Tabernacula Idumæorum & Ismaelitarum, Moabitarum et Hagarenorum.

Gebalitarum, Amonitarum & Amalechitarum, Philisteorum cum Tyrijs.

Etiam Asſur iungitur illis, & ueniunt auxilio filijs Loth. Sela.

Fac eis ut Midianitis, ut Siſeræ, ut Iabin ad torrentem Kiſon.

Qui perierunt in Endor, facti ſunt ſtercus terræ.

Fac Principes eorum ut Oreb & Zeeb omnes duces eorum ut Sebah & Zalmuna.

Qui dicunt, occupemus in poſſeſſionem habitacula DEI.

Deus meus rota eos ut turbinem, ag eos ut ſtipulam coram uento.

Sicut ignis comburit ſyluam, & ſicut flamma incendit montes.

Ita perſequere eos tempeſtate tua, & turbine tuo perturba eos.

Imple facies eorum ignominia, ut quærant nomen tuum DOMINE.

Erubeſcant & conturbentur aſsidue magis, & confundantur & pereant.

Tunc cognoſcent quod tu nomine tuo Solus uocaris DOMINVS, & Altiſsimus in omni terra.

Pſalmus

PSALMVS. 84.

Pſalmus filiorum Korah ad præcinendum ſuper Githith.

QVAM iucunda ſunt habitacula tua DOMINE Zebaoth.

Anima mea anhelat et amore deperit ad atria DOMINI, corpus & anima mea exultant in DEO uiuo.

Auis enim inuenit ſibi domũ, et Hirundo nidum, ubi reponant pullos ſuos, nimirũ altaria tua DOMINE zebaoth, qui Rex meus es et Deus meus.

Beati ſunt qui habitant in domo tua, perpetuo laudabunt te. Sela.

Beati ſunt qui te agnoſcunt fortitudinẽ ſuam, & ex corde poſt te ambulant.

Qui tranſeunt per uallem fletus et faciunt ibi fontes, & Doctores multa benedictione ornantur.

Pergunt de uictoria ad uictoriam, ut uideatur palam, quod Deus uerus eſt in Zion.

DOMINE Deꝰ zebaoth audi orationem meã, attende Deus Iacob. Sela.

Deus scutum nostrum aspice, respice hoc Regnum Christi tui:

Quia melior est dies una in atrijs tuis quam mille alibi, malo esse ostiarius in domo Dei mei quam diu habitare in tentorijs impiorum.

Quia Sol & scutum est DOMINVS Deus, dat gratiam & gloriam DOMINVS, nullum bonum deerit ijs qui ambulant in integritate.

DOMINE Zebaoth, Beatus est homo qui in te Confidit.

PSALMVS. 85.

Psalmus filiorum Korah ad præcinendum.

DOMINE qui propicius fuisti olim terræ tuæ, & redemisti captiuos Iacob.

Qui remisisti iniquitatem plebi tuæ, & operuisti omne peccatum eorꝝ. Selah.

Qui sedasti omnem iram tuam, auersus a furore iræ tuæ.

Consolare nunc etiam nos Deus saluator nostor, & cessa ab indignatione contra nos concepta.

Nunquid in æternum irasceris nobis, et perges irasci perpetuo?

Non scilicet recreabis nos, ut plebs tua lætetur de te?

Ostende nobis DOMINE gratiam tuam, & salua nos.

Vtinam audirem Deũ DOMINVM loquentem, quod promitteret pacem plebi suæ & Sanctis suis, ne uertantur ad Stulticiam.

Veruntamen salus eius prope adest timentibus ipsum, ut habitet Gloria in terra nostra.

Vt misericordia & ueritas mutuo occurrant sibi, iusticia & pax sese oscu lentur.

Vt ueritas super terram germinet, et iusticia de cœlo prospiciat.

Vt DOMINVS etiam benefaciat nobis, unde terra nostra det germen suum.

Vt iusticia coram eo ambulet, & expe-

dita pergat gressibus suis.

PSALMVS. 86.

Oratio Dauidis.

INCLINA DOMINE aurem tuam & exaudi me, quoniam afflictus & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum, salua seruum tuum tu Deꝰ meus confidentem in te.

Miserere mei DOMINE, quoniam ad te clamo assidue.

Lætifica animam serui tui, quoniam te DOMINE suspirat anima mea.

Quoniam tu DOMINE benignus es & clemens, & multum misericors erga omnes te inuocantes.

Attende DOMINE orationem meam, & ausculta uocem deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ inuoco te, quoniam exaudias me.

Non est similis tui in dijs DOMINE, neq; potest quisquam imitari opera tua.

Omnes

Omnes gentes quascũq; fecisti uenient & adorabunt coram te DOMINE, & glorificabunt nomen tuum.

Quod ita magnus es & facis mirabilia, & quod tu Solus es Deus.

Doce me DOMINE uiam tuam, ut ambulem in ueritate tua, contine cor meum in Vno, ut timeat nomen tuũ.

Gratias tibi ago DOMINE Deꝰ meus ex toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum.

Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex profundo inferno.

Deus, superbi insurgunt aduersum me, & cœtus Tyrannorum quærit animam meam, et non proponunt te ante conspectum suum.

Tu autẽ DOMINE Deus misericors es & clemens, patiens & multum misericors & fidelis.

Respice me & miserere mei, fortifica seruum tuum fortitudine tua, & salua filium ancillæ tuæ.

Ede ſignum aliquod fauoris erga me, ut uideant qui me oderunt & confundantur, quod tu ades mihi DOMINE & conſolaris me.

PSALMVS 87.

Pſalmus Cantici filiorum Korah.

FVNDATA eſt Ipſa, ſup montes Sanctos.

DOMINVS amat portas Zion, magis quam omnia tabernacula Iacob.

Glorioſa prædicant̃ in te, Ciuitas Dei. Sela.

Prædicari faciam Rahab et Babyloni ut cognoſcant me, ecce Philiſtæi & Tyrij cum Aethiopibus naſcuntur Ibi.

In Zion dicetur, quod quiſq; naſcitur in Ea, & quod ipſe Altiſsimus ædificat Eam.

DOMINVS prædicari faciet omnigenis linguis populorum, quod quidam ex eis naſcuntur Ibi. Sela.

Et cantores ut in choreis omnes, alternis canent in Te.

Pſal-

PSALMVS 88.

Pſalmus Cantici filiorum Korah, ad præcinendum de infirmitate afflictorum. Eruditio Heman Eſrahitæ.

DOMINE Deus qui es ſaluator meus, die ac nocte clamo coram te.

Accedat quæſo in conſpectum tuum oratio mea, attende ad clamorem meum.

Quia repleta eſt cruciatib⁹ anima mea, & uita mea inferno appropinquat.

Aeſtimat⁹ ſum cum ijs qui deſcendunt in infernum, ſum ſicut homo non habens adiutorium.

Iaceo inter mortuos derelictus, ut interfecti qui iacent in ſepulchro, quorum non es memor amplius, qui & â manu tua ſeparati ſunt.

Poſuiſti me in lacum inferiorem, in tenebras & in profundum.

Furor tuus opprimit me, et cunctis fluctibus tuis premis me. Sela.

Alienasti a me familiares meos, fecisti me abominationem eis, captus iaceo, euadere non possum.

Facies mea deformis est præ afflictione, te inuoco DOMINE quotidie, expando ad te manus meas.

Nunquid inter mortuos facies mirabilia? Aut defuncti surgent & gratias agent tibi? Sela.

Mentio ne fiet in sepulchro misericordiæ tuæ, & ueritatis tuæ in perditione?

Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua? Aut iusticia tua in regione obliuionis?

Verum ego clamo ad te DOMINE, & mane oratio mea accedit ad te.

Quare repellis DOMINE animam meam, & abscondis faciem tuam a me?

Pauper sum ego & exanimatus propter repulsionem, fero terrores tuos usq; ad animi deliquium.

Furor tuus transit super me, terrores tui opprimunt me. Quoti-

Quotidie sicut aqua circundant me, & simul circundant me.

Longe abalienasti a me amicum & proximum, & familiares meos, propter hanc miseram.

PSALMVS. 89.

Eruditio Ethan Esrahitæ.

MISERICORDIAS DOMINI in æternum cantabo, & perpetuo annunciabo ueritatem tuam ore meo.

Et dico, quod æterna misericordia ædificabitur, in cœlis stabilies ueritatem tuam,

Pepigi fœdus cum Electo meo, iuraui Dauidi seruo meo.

In æternum propagabo semen tuum, & ędificabo sedem tuam ppetuo. Sela.

Et predicabunt cœli mirabilia tua DOMINE, & ueritatem tuam in Ecclesia Sanctorum.

Nam quis in nubibus ęquabitur DOMINO? Aut quis inter filios Deorum DOMINO erit similis?

Deum

Deus ualde potens est in congregatione Sanctorum, & mirabilis super omnes, qui circum eum sunt.

DOMINE Deus Zebaoth, quis est ut tu potens DOMINVS? Et ueritas tua circum te est.

Tu dominaris superbienti mari, tu sedas motum fluctuum eius.

Tu percutis & occidis Rahab, tu dispergis inimicos tuos forti brachio tuo.

Tui sunt cœli, & tua est terra, tu fundasti orbem terræ & quicquid est in eo.

Aquilonem & austrum tu creasti, Thabor & Hermon iubilant in nomine tuo.

Potens tibi est brachium, fortis est manus tua, & sublimis dextera tua.

Iustitia & iudicium est confirmatio sedis tuæ, gratia & ueritas sunt coram facie tua.

Beatus est populus qui nouit iubilare, ambulabunt DOMINE in lumine vultus tui.

In no-

In nomine tuo exultabunt quotidie, & iustitia Tua glorificabuntur.

Quia tu es gloria fortitudinis eorum, et gratia tua exaltabis cornu nostrum.

Quia DOMINVS est scutum nostrum, & Sanctus Israelis est Rex noster.

Aliquando loquutus es per uisionem Sanctis tuis, & dixisti, Excitaui Potentem qui adiuuet, exaltaui Electū ex plebe mea.

Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto Meo vnxi eum.

Manus mea cōfirmabit eum, & brachium meum confortabit eum.

Non præualebunt inimici aduersus eum, nec iniusti delebunt eum.

Sed ego cædam coram eo aduersarios eius, & odientes eum affligam.

Veritas autem Mea & gratia Mea cum ipso erunt, & in nomine Meo exaltabitur cornu eius.

Extendam etiam super mare manum eius, et super flumina dexteram eius.

Ipse

Ipſe ita nominabit me, tu es Pater Meꝰ, Deus Meus & fiducia mea ſaluans Me.

Et ego primogenitũ conſtituam Eum, Altiſſimum inter Reges terræ.

In æternum conſeruabo ei miſericordiam Meam, & fœdus Meum firmum erit ei.

Dabo ei ſemen in æternum, & ſedem eius ſeruabo donec erit cœlum.

Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint.

Si ſtatuta mea prophanauerint, & mandata mea non cuſtodierint.

Viſitabo uirga peccatum eorum, & uerberibus delictum eorum.

Sed gratiam Meam non auertam ab eo, nec mendacem faciam ueritatem Meam.

Non prophanabo fœdus Meum, nec mutabo quod egreſsum eſt ex labijs meis.

Semel

Semel iurauí per Sanctitatem meam non mentiar Dauidi.

Semen eius in æternum erit, & ſedes eius coram me ſicut Sol.

Sicut Luna ſtabilietur in æternum, & ſicut Teſtis cœleſtis erit ipſe fidelis: Sela.

Tu autem repellis & abijcis, & iratus es aduerſus CHRIſtum tuum.

Diſſoluis fœdus ſeruí tuí, & conculcas ad terram diadema eius.

Diruis omnes muros eius, & demolirí facis munitiones eius.

Depredantur eum omnes prętergredientes, factus eſt opprobrium uicinis ſuis:

Exaltas dexteram aduerſariorum eius, lætificas omnes inimicos eius.

Abſtuliſtí quoq; uires gladij eius, & nõ das ei uictoriam in prælio.

Deſtruis Mundiciem eius, & ſedem eius deijcis in terram.

Abbreuias dies iuuentutis eius, & operis eum confuſione. Sela.

Quouſq;

Quousq; DOMINE absconderis perpetuo, & exardescet ut ignis furor tuus?

Memor esto quam breuis sit uita mea: quare frustra creasti omnes filios hominum?

Quis est enim ex uiuentibus qui non uideat mortem, qui animam suam eruat ex manu inferni? Sela.

Vbi sunt DOMINE priores misericordiæ tuæ, quas iurasti Dauidi ueritate tua?

Memor esto DOMINE opprobrij Seruorum tuorum, quod porto in sinu meo, illatum ab omnibus tam multis populis.

Quo te blasphemant inimici tui DOMINE, quo blasphemant & conculcant Christum tuum.

Benedictus sit DOMINVS in æternum, Amen, Amen.

PSALMVS 90.

Oratio Mosis uiri DEI.

Domine

DOMINE refugium tu es nobis perpetuo.

Priusquam montes fierent aut crearetur terra & mundus, es Deus ab æterno usq; in æternum.

Qui facis homines mori, & dicis, reuertimini filij hominum.

Quoniam mille anni sunt coram te sicut dies hesterna quæ præterijt, & sicut uigilia nocturna.

Rapis eos ut impetum aquarum, somnus sunt, ut fœnum subito flaccescens.

Quod mane floret, & subito flaccescit, ad uesperam succiditur & arescit.

Per iram tuam ita perimus, & per furorem tuum ita hinc rapimur.

Quoniam ponis iniquitates nostras coram te, incognita peccata nostra in lucem sub conspectum tuum.

Ideo omnes dies nostri elabuntur per iram tuam, annos nostros finimus uelut sermonem.

Dies annorum nostrorum sunt septua-

ginta anni, aut ad ſummum octogin-
ta, e quibus optimi ſunt moleſtia &
labor, tranſitus enim celer eſt & qua-
ſi auolamus.

Verum quis credit tam potentem eſſe
iram tuam? Et quis metuit tantum
furorem tuum?

Doce nos ut ſciamus numerum dierum
noſtrorum, ut incedamus corde ſa-
pienti.

Reuertere quæſo ad nos DOMINE,
& miſerere Seruis tuis.

Reple nos mane miſericordia tua, &
laudabimus & exultabimus cunctis
diebus noſtris.

Lętifica nos rurſum poſt diuturnas pla-
gas, poſtquam diu peſsima experti
ſumus.

Appareat Seruis tuis opus Tuum, &
gloria Tua filijs eorum.

Et DOMINVS Deus noſter arri-
deat nobis, & fortunet opus manuũ
noſtrarum apud nos, & ipſum opus
manuum noſtrarum fortunet.

Pſal-

PSALMVS. 91.

QVI habitat ſub protectione Al-
tiſsimi, & ſub umbra Omni-
potentis commoratur.

Dicit DOMINVS, mea fiducia, mea arx, Deus meus quo fido.

Quoniam Ipſe liberat me de laqueo ue-
nantis, & a peſte nocenti.

Pennis ſuis cooperiet te, & ſub alis eius erit fiducia tua, Veritas eius eſt ſcu-
tum & protectio.

Vt nõ timeas terrorem nocturnum, ſa-
gittam in die uolantem.

Peſtem in tenebris obrepentem, mor-
bum in meridie uaſtantem.

Etiam ſi cadant circa latus tuum mille, & decem milia circa dexteram tuam, tamen nihil horum te tanget.

Imo oculis tuis conſiderabis, & quem-
admodum retribuatur impijs uide-
bis.

(Quoniam tu es DOMINE fiducia mea) Altiſsimus eſt refugium tuum.

Non occurret tibi malum, & plaga non

appropinquabit tabernaculo tuo.

De Ministerio angelorum.

Quoniam Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnib⁹ uijs Tuis.

Vt manibus portent te, ne offendas ad lapidem pedem tuum.

Spretis progenitoribus et omnes quæ nocere possunt.

Super Leonem & uiperam ambulabis, & conculcabis catulum Leonis & Draconem.

Consolatio ut promissio sperantibus in Dominum seruandi eos.

Quoniam me concupiscit, eripiam eũ. Nouit nomen meũ, ideo protegam eum.

Inuocat me, ideo ego exaudiam eum cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.

Longitudine dierum saturabo eum, & ostendam ei salutem meam.

PSALMVS. 92.

Psalmus cantandus in Sabbatho.

BONVM, est gratias agere DOMINO, & psallere nomini tuo Altissime.

Annunciare mane misericordiam tuam, & nocte ueritatem tuam.

Decachordo & psalterio, & cantico Citharæ.

Tu enim facis DOMINE, ut lætus canam opera tua, & ego prædico facta manuum tuarum.

Quam magnifica sunt opera tua DOMINE? Nimis profundæ sunt cogitationes tuæ.

Insipiens hoc non credit, & stultus non curat talia.

Impij uirent ut gramen, & florent omnes operarij iniquitatis, donec intereant perpetuo & in æternum.

Sed tu DOMINE Altissimus es, & eris in æternum.

Ecce enim inimici tui DOMINE, ecce inimici tui peribunt, & dispergentur omnes operarij iniquitatis.

Cornu autem meum exaltabit ut unicornis, & ungar oleo recenti.

Et oculus meus delectabitur de inimicis meis, & auris mea de malignis obnitentibus contra me.

Iust⁹ ut palma florebit, sicut cedrus Libani succrescet.

Plantati in domo DOMINI, in atriis DEI nostri florebunt.
Etiam si senuerint florebunt, fructiferi & florentes erunt.
Vt annuncient quod iustus est DOMINVS mea fiducia, & quod iniquitas in eo non est.

PSALMVS. 93.

DOMINVS Rex est & gloria ornatus, DOMINVS est ornatus & Regnū ordítus est quâm late patet mundus, quod ita parauit ut consistat.
Ab eo tempore stabilis est sedes tua, tu es ab ætérno.
Extollunt se flumina DOMINE, flumina extollunt sonitum suum, flumina extollunt fluctus suos.
Magni quidem sunt fluctꝰ maris et sonitus terribilis, sed multo maior est DOMINVS in excelsis.
Verba tua sunt doctrina certa, sanctitas est ornatus domus tuæ DOMINE in æternum.

Psal-

PSALMVS. 94.

DOMINE Deus cuius est ultio, Deus cuius est ulio appare.
Exaltare Iudex terræ, rede uicem superbis.
Quousq; impij DOMINE, quousq; impij sese ostentabunt
Et loquentur fastuose, & gloriabuntur omnes operarij iniquitatis?
Populum tuum DOMINE opprimunt, & hæreditatem tuam affligunt.
Viduam & aduenam occidunt, & pupillos interficiunt.
Et dicunt, Nō uidet DOMINVS, nec attendit hæc Deus Iacob.
Intelligite insipientes in populo, & uos stulti quando eritis prudentes?
Qui plantauit aurem non audiret? Aut qui finxit oculum non uideret?
Qui castigat gentes nō argueret? Qui docet homines quod sciunt.
Sed DOMINVS nouit cogitationes hominum, quod uanæ sunt.
Beatus est ille, quem tu DOMINE ca-

 stigas,

stigas, & per legem tuam doces eum:
Vt patientiam præstet in diebus malis, donec paretur impio fouea.
Quoniam non repellet DOMINVS populum Suum, nec hæreditatem Suam deelinquet.
Quoniam futurum est, ut quod iustum est, maneat iustum, & huic adhærebunt omnes, qui recto sunt corde.
Quis stabit necum aduersus malignos? Quis accedet ad me aduersus operarios iniquitatis?
Nisi DOMINVS adiuuaret me, fere iaceret anima mea in silentio.
Dicebam, uacillat pes meus, sed misericordia tua DOMINE sustentabat me.
De multis anxius eram in corde meo, sed consolationes tuæ recreabant animam meam.
Certe nunquam conueniet tibi cum cathedra noxia, quæ legem male interpretatur.
Accinguntur aduersus animam iusti, et sanguinem innocentem condemnant.
At DOMINVS est protectio mea, Deus meus est arx fiduciæ meæ.
Hic retorquebit in eos iniquitatem ipsorum, & delebit eos propter malitiam ipsorum, DOMINVS Deus noster delebit eos.

PSALMVS. 95.

VENITE, exultemus DOMINO, iubilemus Fidei salutis nostræ.
Veniamus sub conspectum eius cum gratiarum actione, & psalmis iubilemus ei.
Quoniam DOMINVS est magnus Deus, & Rex magnus super omnes Deos.
Quia in manu eius est, quicquid producit terra, & altitudines montium ipsius quoque sunt.
Quoniam ipsius est mare & ipse fecit illud, & Aridam manus eius parauerunt.

Venite adoremus & genua flectamus, & prodamus coram DOMINO qui fecit nos.

Quia ipse est Deus noster, & nos sumus populus pascuæ eius, & oues manus eius.

Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, ut fiebat in Meriba, ut in Massa in deserto.

Vbi tentauerunt me Patres uestri, experti sunt & uiderunt opera mea.

Vbi quadraginta annis molesta mihi fuit generatio illa, & dixi, populus est penetuo errans corde et uias meas scire nolunt.

Vt iurarem in ira mea, Non introibunt in requiem meam.

PSALMVS. 96.

CANTATE DOMINO canticum Nouum, cantate DOMINO omnes incolæ terræ.

Cantate

Cantate DOMINO & benedicite nomen eius, prædicate de die in diem salutem Eius.

Narrate inter gentes gloriam Eius, inter omnes populos mirabilia Eius.

Quoniam magnus est DOMINVS admirandus supra modum, admirabilis plus quam omnes Dij.

Quoniam omnes Dij populorum sunt Idola, DOMINVS autem cœlos fecit.

Gloria & decor est in conspectu eius, potentia & maiestas est in sanctuario eius.

Afferte DOMINO uos familiæ populorum, afferte DOMINO gloriam & potentiam.

Afferte DOMINO gloriam nomini eius, adducite munera & introite in atria eius.

Adorate DOMINVM in ornatu sancto, timeat eum uniuersa terra.

Dicite

Dicite iter gentes, qđ DOMINVS
est Rx, & parauit Regnum suum
quamate patet mundus ut consistat
& quod ipse iudicat populos iustitia
Lætentur cœli, exultet terra, tumultuc
tur mre, & quicquid in eo est.
Gaudea ager et quicquid in eo est, lau
dent uniuersæ arbores in syluis.
Coram DOMINO, quia uenit, qui
uenit iudicare terram, iudicabit or
bem terræ Iustitia, & populos Su
ueritate.

PSALMVS. 97.

DOMINVS est Rex, hinc exul
et terra, lætentur Insulæ quor
quot sunt.
Nubes & caligo circum eum sunt, iu
stitia & iudicium est confirmatio se
dis eius.
Ignis ante ipsum præcedit, & incendi
circunquaq; inimicos eius.
Affulgent fulgura eius orbi terræ, u
det & terretur terra.

Monte

Montes soluuntur ut cæra coram IO
MINO, coram dominatore uniuer
sæ terræ.
Cœli annunciant iustitiam Eius, & ui
dent omnes populi gloriam Eius.
Confundant omnes qui seruiunt scul
ptilibus, & gloriantur de Idolis, A
dorate eum omnes dij.
Hoc audit Zion & lætatur, & exultant
filiæ Iuda, propter gubernacula tua
DOMINE.
Quia tu DOMINE es Altissimus in
omni terra, nimis exaltatus es super
omnes Deos.
Qui diligitis DOMINVM odio ha
bete malum, custodit animas Sancto
rum suorum, de manu impiorum li
berabit eos.
Lux exoritur iusto, & lætitia rectis qui re
cto sunt corde.
Lętamini iusti in DOMINO, & gra
tias agite prædicantes Sanctitatem
eius.

PSALMVS. 98.

Psalmus

PSALTERIVM

PSALMVS.

CANTATE DOMINO canticum Nouum, quia mirabilia fait, uictor est dextera sua & brachio sancto suo.

Notificat DOMINVS salutem suam coram populis reuelat iusticiam Suam.

Recordatur gratiæ suæ & ueritatis suæ domui Israel, fines uniuersæ terræ uident salutem DEI nostri.

Iubilate DOMINO uos omnes terræ, cantate, prædicate & psallite.

Psallite DOMINO Citharis, Citharis & Psalmis.

Buccinis & tubis, iubilate coram DOMINO Rege.

Tumultuetur mare & quicquid in eo est, orbis terrarum & habitantes in eo.

Flumina plaudant, & omnes montes exultent.

Coram DOMINO, quia uenit iudicare terram, iudicabit orbem terræ Iu-

stitia, & populos Aequitate

PSALMVS. 99.

DOMINVS est Rex, ideo turbentur populi, sedet super Cherubim, ideo commouetur mundus.

DOMINVS est in Zion magnus, & excelsus super omnes populos.

Gratiæ agantur nomini tuo magno & admirabili, quod sanctum est.

Regnum Regis huius quod iustum est dilígit, tu paras æquitatem præstas iudicium & iusticiam in Iacob.

Exaltate DOMINVM Deum nostrum, adorate ad scabellum pedum eius, quoniam ipse sanctus est.

Moses & Aaron inter Sacerdotes eius, & Samuel inter inuocantes nomen eius, inuocabant DOMINVM et ipse exaudiebat eos.

Per columnam nubis loquebatur eis, custodiebant eius testimonia & præcepta quæ dederat eis.

DO-

DOMINE tu es Deus noſter, tu ex-
audiebas eos, tu Deus propicius fu-
iſti eis, etiam tunc cum corriperes fa-
cta eorum.
Exaltate DOMINVM Deum no-
ſtrum, & adorate ad montem ſanctũ
eius, quoniam ſanctus eſt DOMI-
NVS Deus noſter.

PSALMVS. 100.

Pſalmus gratiarum actionis.

IVBILATE DOMINO om-
nes incolæ terræ.
Seruite DOMINO lęti, plauſu acce-
dite ſub conſpectum eius.
Agnoſcite quod ipſe DOMINVS
eſt Deus, ipſe fecit nos, & non nos
ipſi, ut ſimus populus eius & oues
paſcuæ eius.
Ingredimini portas eius cum gratiarũ
actione, in atria eius cum Hymnis,
gratias agite ei, laudate nomen eius.
Quoniam benignus eſt DOMINVS,
æterna eſt gratia eius, & ueritas eius
perpetua.

PSALMVS. 101.

Pſalmus Dauidis.

MISERICORDIAM & iu-
dicium cantabo, DOMINE
tibi pſallam.
Prudenter ago in integritate erga eos
qui pertinent ad me, ambulo fideliter
in domo mea.
Non ſtudeo rei iniquę, odi tranſgreſſo-
rem, nec ſuſtineo ut apud me mane-
at.
Cor peruerſum cogo recedere a me,
malignum non agnoſco.
Diffamantem ſecreto proximum ſuum
diſperdo, nec fero elatum oculis &
uirum ſuperbo corde.
Oculi mei attendunt ad fideles in terra
ut habitent mecum, et integre ambu-
lantes adiungo mihi ſeruos.
Non permanet in domo mea qui frau-
dem facit, qui loquitur mendacium
non erit fœlix apud me.
Mane deleo omnes impios huius terrę,
ut extirpem omnes operarios ini-

quitatis ex ciuitate DOMINI.

PSALMVS. 102.

Oratio afflicti cum tristis est & suam querelam effundit coram DOMINO.

DOMINE audi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat.

Ne abscondas faciem tuam a me, dum tribulor inclina ad me aurem tuam, cum inuoco te uelociter exaudi me.

Consumpti enim sunt dies mei uelut fumus, & ossa mea ut torris aduste sunt.

Percussum & arefactum est cor meum sicut fœnum, ita ut etiam obliuiscar comedere panem meum.

Ossa mea adhærent carni meæ, præ eiulatu & gemitu.

Sum sicut onocrotalus in deserto, sicut Noctua in uastatis locis.

Vigilo, & sum sicut solitaria auis in tecto.

Quotidie contumelia afficiunt me inimici mei, & qui solent insultare mihi pre me iurant.

Quia

Quia cinerem ut panem comedo, et misceo poculum meum cum fletu.

Propter comminationem & iram tuam, quia eleuans me ad terram allisisti.

Dies mei sicut umbra transierunt, & ego sicut fœnum aresco.

Tu autem DOMINE in æternum permanes, & memoria tui perpetuo.

Tu exurgens miserere Zion, quia tempus est miserendi eius, & hora adest.

Quoniam uellent serui tui ædificari eam, & uidere lapides eius & calcem parari.

Gentes timere nomen tuum DOMINE omnes Reges terræ gloriam tuam.

DOMINVM ædificare Zion, & apparere in gloria sua.

Ipse conuertit se ad preces derelictorum, & non contemnit preces eorum.

Scribantur hæc posteris, & populus qui creabit, laudabit DOMINVM.

Quia prospicit de suo sancto Excelso, DOMINVS prospicit de cœlo in terram.

Vt audiat gemitum uincti, & soluat filios morti destinatos.

Vt prædicent in Zion nomen DOMINI, & laudem eius in Ierusalem.

Cum conueniunt simul populi & regna, ut seruiant DOMINO.

Ipse autem deiecit in uia uires meas, abbreuiat dies meos.

Dico, Deus meus ne hinc sustuleris me in dimidio dierum meorum, anni tui perpetuo durant.

Tu antea terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes, ipsi omnes ueterascent ut pannus, mutabuntur ut uestimentum cum tu mutaueris eos.

Tu autem semper idem permanes, & anni tui fine carebunt.

Filij seruorum tuorum permanebunt, & semen eorum coram te fœlix erit.

Psal-

PSALMVS. 103.

Psalmus Dauidis.

BENEDIC anima mea DOMINO, & quicquid intra me est benedicat nomini sancto eius.

Benedic anima mea DOMINO, & noli obliuisci omnium beneficiorũ eius.

Qui remittit tibi omnia peccata tua, & sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit ab interitu uitam tuam, & coronat te gratia & misericordia.

Qui replet consolatiõe os tuum, ut uelut Aquila iuuenescas.

DOMINVS exhibet iusticiam & iudicium, omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit uias suas Mosi, filijs Israel opera sua.

Misericors & clemens est DOMINVS, patiens & multa misericordia.

Non perpetuo contendet, neq; in æternum seruabit iram.

Non secundum peccata nostra facit no-

bis, neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

Quâm enim cœlum terra altius est, tam præualet misericordia eius erga timentes ipsum.

Quâm longe abest oriens ab occidente, tam longe aufert a nobis transgressiones nostras.

Quemadmodum pater miseretur filiorum, ita miseretur DOMINVS timentibus se.

Ipse enim nouit quod nam figmentum simus, meminit quod sumus puluis.

Homo in uita sua est sicut fœnum, floret ut flos agri.

Cum uentus inuadit eũ non est ultra, & non cognoscit eũ amplius locus eius.

Misericordia autẽ DOMINI est ab æterno vsq; in ęternum, super timentes ipsũ, et iusticia ei⁹ vsq; ad filios filiorꝝ

Iis qui custodiunt pactũ eius, & memores sũt mandatorꝝ ei⁹ ad faciendũ ea.

DOMINVS in cœlo parauit sedem suam, & Regnum eius omnibus dominatur.

Benedi-

Benedicite DOMINO uos Angeli ei⁹ uos uirib⁹ pręstantes qui exequimini mandatũ ei⁹ ut audiat̃ uox ꝟbi ei⁹

Benedicite DOMINO uos uniuersi exercitus eius, uos ministri eius qui facitis uoluntatem eius.

Benedicite DOMINO uos uniuersa opera eius, in omni loco dominationis eius, Benedic anima mea DOMINO.

PSALMVS. 104.

BENEDIC anima mea DOMINO, DOMINE Deus me⁹ gloriosus es uehementer, laude & decore es ornatus.

Lux est uestimentum tuum qua amict⁹ es, extendis cœlum ut tentorium.

Supra illud facis ex aquis testudinem eius, nubibus ut curru ueheris, et ambulas super uenti pennas.

Qui tuos Angelos facis uentos, & ministros tuos igneam flammam.

Qui fundas terram super basim suam, ut consistat perpetuo & in æternum.

Operis eam abyſso ſicut uestimento,& ſupra montes ſtant aquæ.
Sed ab increpatione tua fugiunt,a ſoni tu tonitrui tui præcipitantur.
Sublimes ſunt montes & campi ſubſi dunt,in loco quem fundaſti eis.
Terminum poſuiſti quem nõ tranſgre dientur,neq; iterum poſsunt operire terram.
Scaturire facis fontes in conuallibus,ut inter montes fluant.
Vt potent omnes beſtiæ agri,& extin guant feræ ſitim ſuam.
Iuxta reſident uolucres ſub cœlo,& cantant inter frondes:
Tu irrigas montes ex nubib⁹,& reples terram fructibus quos tu facis.
Producis fœnum iumentis,& in uſum hominum ſegetes, ut educas panem ex terra.
Et Vinum lætificet cor hominis, & fa cies ſplendeat ab oleo, & panis cor hominis confirmet.
Vt fiant arbores DOMINI plenæ ſucco,

ſucco, cedri libani quas ipſe planta uit.
Ibi uolucres nidificant,& Ardea domũ habet ſuper abietes.
Montes excelſi Damis,Petrę ſunt refu gium Cuniculis.
Facis Lunam ad diſcernendum tempo ra,Sol mouit occaſum ſuum.
Facis tenebras ut fiat nox, tum prode unt omnes beſtiæ ſylueſtres,
Catuli Leonum rugientes ut prædentur,& quærant a DEO eſcam ſibi.
Cum oritur Sol refugiunt,& cubant in cubilibus ſuis.
Tunc egreditur homo ad opus ſuum,et ad agriculturam ſuam uſq; ad ueſpe ram.
Quãm multiplicia ſunt opera tua DO MINE,ea omnia ſapienter ordina ſti,terra plena eſt bonis tuis.
Mare illud magnum & latum eſt, ibi ſunt reptilia abſq; numero, animalia puſilla cum magnis.
Per ipſum tranſeunt naues,ibi ſunt Ce

ti maximi quos formasti ut ludant in eo.

Hæc omnia expectant te, ut des eis cibum in tempore suo.

Dante te illis colligunt, aperiente te manum tuam omnia satiantur bono.

Auertente autem te faciem tuam turbantur, aufers spiritum eorum & deficiunt, atq; in puluerem suum reuertuntur.

Emittis spiritum tuum & creantur, & renouas faciem terræ.

Gloria DOMINI est æterna, DOMINVS delectatur operibus suis.

Respicit terram & tremit ipsa, tangit montes & fumigant.

Cantabo DOMINO donec uixero, & psallam Deo meo quâm diu fuero.

Beneplaceat ei eloquium meum, ego gaudeo in DOMINO.

Deficiunt peccatores a terra, & impij amplius nõ sint, Benedic anima mea DOMINO, Halelula.

PSALMVS. 105.

Gratias

GRATIAS agite DOMINO & prædicate nomen eius, annunciate inter populos studia eius.

Cantate eum & psallite ei, narrate omnia mirabilia eius.

Laudate nomen sanctum eius, lætetur cor quærentium DOMINVM.

Quærite DMINVM & fortitudinem eius, quærite faciem eius semper.

Mementote mirabilium eius quæ fecit, prodigiorum & uerborum oris eius,

Vos qui semen estis Abrahæ serui eius, & filij Iacob electi eius.

Ipse est DOMINVS Deus noster, ipse iudicat in uniuersa terra.

Memor est in æternum fœderis sui, uerbi quod promisit in multa posteritatis milia perpetuo.

Quod pepigit cum Abraham, & iuramenti sui cum Isaac.

Et hoc ipsum fecit esse ius Iacob, & fœdus æternum Israel.

Dicens, Tibi dabo terram Canaan, sortem hæreditatis uestræ.

Cum

Cum erant pauci & prope contempti,
& in ea terra peregrini.
Et migrabant de populo ad populum,
ex uno regno ad populum alium.
Non permisit aliquem nocere eis, &
corripuit propter eos Reges.
Nolite tangere Christos meos, & in
Prophetas meos ne sitis iniurij.
Et uocauit famem super terram, & ab
esse fecit omnem annonam.
Præmisit ante eos uirum, ut seruus ue
nundatus est Ioseph.
Constrinxerunt compede pedes eius,
ferro afflicta est uita eius.
Donec ueniret uerbum eius, & eloqui
um DOMINI uelut igni probaui
eum.
Tunc misit Rex et soluit eum, princeps
populorum dimisit eum.
Constituit eum DOMINVM domus
suæ, & dominatorem super omnia
bona sua.
Vt institueret Principes eius secundum
suam uoluntatem, & doceret senio
res eius sapientiam.

Et intrauit Israel in Aegyptum, & Ia
cob peregrinus fuit in terra Ham.
Et auxit populum suum uehementer,
& fortiores fecit eos inimicis ipsorũ.
Peruertit cor illorum ut odio haberent
populum ipsius, & dolos meditaren
tur aduersus seruos ipsius.
Misit Mosen seruum suũ, Aaron quem
elegerat.
Hi ædiderunt signa eius inter illos, &
prodigia in terra Ham.
Misit tenebras & caligine inuoluit om
nia, non fuerunt immorigeri sermo
nibus eius.
Mutauit aquas illorum in sanguinem,
& occidit pisces eorum.
Produxit terra eorum Ranas, in ipsis e
tiam penetralibus Regum eorum.
Dixit, & prodijt omnis generis musca,
pediculi in omnibus finibus eorum.
Immisit eis pro pluuia grandinẽ, ignem
flammantem in terra eorum.
Et percussit uites eorum & ficulneas e
orum, & confregit arbores in termi
nis eorum.

Dixit

Dixit quoq;, & uenit locusta, & Bruchus absq; numero.
Hæc depasta sunt omnem herbam in terra eorum, & uorauerunt fructus agri eorum.
Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias uniuersi partus eorum.
Et eduxit illinc suos cum argento et auro, & non erat in tribubus eorum quisquam infirmus.
Lætata est Aegyptus de profectione eorum, quia timor propter eos ceciderat super ipsos.
Expandit nubem ad tegendũ, & ignem ut luceret noctu.
Petierunt & coturnices adduxit, & pane è cœlis saturauit eos.
Aperuit Petram & effluxerunt aquæ, ut fluerent torrentes in terra arenti.
Quoniam memor fuit uerbi sui sancti, quod promiserat Abrahæ seruo suo.
Sic itaq; eduxit populum suum cum exultatione, & electos suos cum lætitia. Et de-

Et dedit eis regiones gentium, & bona populorum possederunt.
Vt custodiant statuta eius, & legem eius seruent, HaleIuia.

PSALMVS. 106.

HALELVIA.

GRATIAS agite DOMINO quoniam benignus est, quoniam in æternum perseuerat misericordia eius.
Quis eloqui poterit fortia facta DOMINI, aut omnia eius laudabilia opera prædicare?
Beati sunt qui custodiunt iudicium, & faciunt iuste perpetuo.
Memento mei DOMINE secundum gratiam populo tuo promissam, exhibe nobis salutem tuam.
Vt uideamus prosperitatem electorum tuorum, & lætemur de successu populi tui, & gloriemur cum hæreditate tua.

Peccaui-

Peccauimus cum patribus noſtris, iniu-
ſte egimus, impij fuimus.
Patres noſtri in Aegypto noluerunt in-
telligere mirabilia tua, non fuerunt
memores multæ miſericordiæ tuæ,
ſed inobedientes fuerunt iuxta ma-
re, nimirum iuxta mare rubrum.
Et tamen ſaluauit eos propter nomen
ſuum, ut notam faceret potentiam
ſuam.
Et comminatus eſt mari rubro & exic-
catũ eſt, & deduxit eos per abyſsum
tanquam per aliquod deſertum.
Et ſaluauit eos de manu odientis, & re-
demit eos de manu inimici.
Et cooperuerunt aquæ aduerſarios eo-
rum, ut ne unus quidem reliquus fu-
erit.
Tunc credebant uerbis eius, & canta-
bant laudem eius.
Sed paulo poſt obliti ſunt operum eius,
non expectauerunt conſilium eius.
Et concupiſcentia exarſerunt in deſer-
to, & tentauerunt Deũ in ſolitudine.

Ipſe

Ipſe autem dedit eis quod petebant, &
miſit adeo abunde vt & faſtidiunt.
Et ſeditioſi fuerunt aduerſus Moſen
in caſtris, aduerſus Aaron ſanctum
DOMINI.
Aperta eſt terra & deglutiuit Dathan,
& cooperuit congregationem Abi-
ram.
Et exarſit ignis in cœtu eorum, flam-
ma combuſsit impios.
Fecerunt vitulum in Horeb, & adora-
uerunt conflatile.
Et mutauerunt Gloriam ſuam in ſimu
lachrum bouis comedentis fœnum.
Obliti ſunt Dei ſaluatoris ſui, qui de-
ſignauerat magna in Aegypto.
Stupenda in terra Ham, terribilia in ma
ri rubro.
Et dixit ſe deleturum eos, ſi non Mo-
ſes electus eius obſtitiſset vaſtationi
ad placandum iram eius, ne ipſos de-
ſperderet.
Et contempſerunt terram deſiderabi-
lem, non crediderunt verbis eius.

Et murmurauerunt in tentorijs ſuis, non obedierunt voci DOMINI.
Et eleuauit ipſe manum ſuam contra eos, vt proſterneret eos in deſerto.
Et vt proijceret ſemen eorum inter gentes, & diſpergeret eos in regiones.
Ipſi præterea adhæſerunt BaalPeor, & comederunt ſacrificia mortuis diſ immolata.
His ſtudijs ſuis ad iram prouocauerunt eum, & ſæuijt plaga in eos.
Acceſsit autem Pinehas & placauit, & plaga ceſsauit.
Et hoc reputatum eſt ei ad iuſticiã perpetuo & in æternum.
Rurſum irritauerunt eum iuxta aquas contentionis, & male affecerunt Moſen.
Nam vexauerunt animum eius, ita vt quædam verba exciderent ei.
Ad hæc, non deleuerunt populos, quẽadmodum DOMINVS præceperat eis.
Sed commiſcuerunt ſe gentibus, & di

dicerunt

dicerunt opera eorum.
Et coluerunt ſimulachra eorum, & facta ſunt eis in ſcandalum.
Et ſacrificauerunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs.
Et effuderunt ſanguinem innocentem, ſanguinem filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, quos ſacrificauerunt ſimulachris Canaan, ita vt polluereturterita reatu effuſionum ſanguinis.
Et inquinati ſunt operibus ſuis, & ſcortati ſunt ſtudijs ſuis.
Tunc exarſit ira DOMINI in populum ſuum, & abominatus eſt hæreditatem ſuam.
Et tradidit eos in manus gentium, vt dominarentur eis qui odio habebant eos.
Et oppreſserunt eos inimici eorum, & humiliati ſunt ſub manu eorum.
Sæpe liberauit eos, ſed ipſi exacerbauerunt eum conſilijs ſuis, & pauci facti ſunt propter iniquitates ſuas.
Et vidit anguſtiam eorum, cum audiret

quærelam eorum.
Et recordabatur fœderis quod pepige-
rat cum eis, & pœnituit eum secun-
dum multitudinẽ misericordiæ suæ.
Et redire fecit eos in gratiam coram om
nibus qui captiuos tenuerant eos.
Salua nos DOMINE Deus noster,
& congrega nos ex gentibus, vt gra
tias agamus nomini sancto tuo, &
prædicemus laudem tuam.
Benedictus sit DOMINVS Deus
Israel ab æterno vsq; in æternum, &
dicat omnis populus, Amen, Hale-
luia.

PSALMVS 107.

GRATIAS agite DOMINO
quoniam benignus est, quoniã
in æternum perseuerat misericordia
eius.
Dicite vos qui redempti estis per DO-
MINVM, quos redemit de tribu-
latione.
Et quos congregauit ex regionibus, ab
oriente, occidente, aquilone & mari.
Errauerunt

ERrauerunt in solitudine & inuio, I.
nec inuenerunt ciuitatem in qua
habitarent.
Famem patiebatur & sitim, & anima
eorum in ipsis defecit.
Et clamauerunt ad DOMINVM in
tribulatione sua, & ipse ex angustijs
ipsorum liberauit eos.
Et deduxit eos per viam rectã, vt irent
in ciuitatem, in qua habitarent.
Gratias agant Domino de misericordia
ipsius, & de mirabilibus ipsius, quæ
facit erga filios hominum.
Qui satiat animam sitientẽ, & animam
esurientem replet bono.
SEderunt in tenebris & obscuro, vin- II.
cti neruo & ferro.
Quia mandatis Dei inobedientes fue-
rant, & legem Altissimi blasphema-
uerant.
Ideo afflictum est cor eorum miseria, ita
vt lapsis nemo ferret auxilium.
Et clamauerunt ad DOMINVM in
tribulatione sua, & ipse ex angustijs

ipsorum liberauit eos.
Et eduxit eos ex tenebris & obscuro, & uincula eorum dirupit.
Gratias agant DOMINO de misericordia ipsius, & de mirabilibus ipsius, quæ facit erga filios hominum.
Quia confringit portas æreas, & uectes ferreos comminuit.

III. STulti affligebant propter transgressionem suam, & propter peccata sua.
Vt fastidiret omnem escam anima eorum, & ipsi essent morti uicini.
Et clamauerunt ad DOMINVM in tribulatione sua, & ipse ex angustijs liberauit eos.
Misit uerbum suum & sanauit eos, & eripuit eos ne morerentur.
Gratias agant DOMINO de misericordia ipsius, & de mirabilibus ipsius, quæ facit erga filios hominum.
Et sacrificent gratiarum actionem, & enarrent opera eius cum exultatione.

IIII. QVi mare ingrediuntur nauibus, & negotiantur in aquis uastissimis.

Hi experti sunt opera DOMINI, & mirabilia eius in mari.
Dixit, & excitauit tempestatem maximam, quæ eleuat fluctus maris.
Hic iam ascendebant in cœlum, iam descendebant in abyssum, ut præ angustia tabesceret anima eorum.
Iactabantur & motabantur ut ebrius, ita ut nihil consilij esset reliquum.
Et clamauerunt ad DOMINVM in tribulatione sua, & ex angustijs ipsorum liberauit eos.
Et reddidit pro tempestate tranquillitatem, ut subsidant fluctus maris.
Hoc facto silentio lætati sunt, & ipse deduxit eos in portum ut cupiebant.
Gratias agant DOMINO de misericordia ipsius, de mirabilibus ipsius quæ facit erga filios hominum.
Et exaltent eum in ecclesia plebis, & in consessu seniorum prædicent eum.

V. TOrrentes exiccabantur, & fontes scaturire desierant.
Vt fertilis ante terra iam nullum fru-

ctum ferret propter malitiam habi-
tantium in ea.
Ipse autem quod erat siccum ditauit aq-
qua, & in arido fecit fontes.
Et collocauit illuc esurientes, vt para-
rent ciuitatem, in qua habitent.
Et seminarent agros, & plantarent vi-
neas, & colligerent annuos fructus.
Et benedixit eis ita vt multiplicarentur
valde, & iumenta eorum non paruo
numero esse fecit.

VI. IMminuti sunt autem iterum & humi-
liati, a violentia & coartatione ma-
ligni.
Cum effunderetur contemptus super
principes. & omnia in errore & de-
serta iacerent.
Sed ipse protexit pauperem ab afflictio-
one, & auxit familiam eius vt gre-
gem ouium.
HAec videbunt recti & lætabuntur,
& omnis iniquitas oppilabit os
suum.
Quis est sapiens vt hæc obseruet? Ita
demum

demum agnoscent varia beneficia
DOMINI.

Psalmus 108.

Psalmus cantici Dauid.

PARATVM est cor meum De-
us, ad cantandum & psallendum
etiam gloria mea.
Euigila psalterium & cithara, diluculo
euigilabo.
Gratias tibi agam DOMINE inter
populos, psallam tibi inter nationes.
Quia misericordia tua vbiq; est quàm
late patet cælum, veritas tua vbicunq;
videntur nubes.
Exaltare super cælos Deus, & super om
nem terram exaltetur gloria tua.
Vt liberentur dilecti tui, salua dextera
tua & exaudi me.
Deus loquitur in Sanctuario suo, vnde
exulto. Partibor Sichem, vallem Suc
coth dimetiar.
Mea est Gilead, meus est Manasse,
Ephraim est fortitudo capitis mei,
Iuda est princeps meus.

Moab est olla ablutionis mihi, super Edom proferam calciamentum meum, super Philisteos iubilabo.

Quis deducet me in aliquam ciuitatem munitam? quis deducet me usq; in Edom?

Nonne tu Deus qui repellis nos, nec egrederis Deus in fiducia nostrorum exercituum?

Da nobis auxilium in tribulatione, quia uana est salus quæ expectatur ab homine.

Per Deum designabimus fortia, ipse conculcabit inimicos nostros.

Psalmus 109.

Psalmus Dauidis ad præcinendum.

DEVS qui es laus mea ne taceas. Quia aperuerunt contra me os suum impium & fraudulentum, & loquunt aduersum me lingua dolosa.

Verbis ex odio profectis aggrediuntur me, & pugnant aduersum me sine causa.

Pro dilectione mea aduersant mihi, ego autem oro.

Reddunt mihi malum pro bono, odium pro dilectione mea.

Constitue impios super eum, & Satan stet a dextris eius.

Quisquis docetur ab eo, huius uita sit impia, & oratio eius sit peccatum.

Fiant dies eius pauci, & officium eius accipiat alius.

Fiant filij eius orphani, & uxor eius uidua.

Errabundi eant filij eius & mendicent, & quærant uictum in exilio.

Exugat fœnerator uniuersa quæ habet, & alieni diripiant bona eius.

Nemo ei benefaciat, aut misereatur pupillis eius.

Eradicentur posteri eius, in generatione secunda deleatur nomen eius.

In memoriã redeat iniquitas patrum eius coram DOMINO, & peccatum matris eius non deleatur.

Sint corã DOMINO semper, & memoria eorum aboleatur super terram.

Propterea q̃ non est recordatus facere misericordiæ

misericordiam, & persecutus est hom
minem afflictum & pauperē & anim
mo consternatum, vt eum occideret.
Voluit maledictionem & veniet ei, no
luit benedictionem & elongabitur
ab eo.
Et induit maledictionem tanquam in
terius vestimentum, quæ intrauit in
interiora eius sicut aqua, & sicut ole
um in ossa eius.
Hæc fiat ei sicut vestimentum quo ope
riatur, & sicut zona, qua semper pr
cingatur.
Sic fiat â DOMINO ijs qui aduersan
tur mihi, & loquuntur mala aduer
sus animam meam.
Tu autem DOMINE Deus esto me
cum propter nomen tuum, quia tu
misericordia est consolatio mea, eri
pe me.
Quia pauper sum ego & afflictus, co
meum concussum est intra me.
Abeo sicut vmbra transiens, fugor v
locuste.

Genua

Genua mea nutant â ieiunio, & caro
mea macilenta est non habes pingue
dinem.
Et sum probrum illis, videntes me ia
ctant caput.
Adsis mihi quæso DOMINE Deus
meus, salua me secundum misericor
diam tuam.
Vt cognoscant hanc esse manum tuam,
& tu DOMINE hæc facis.
Cum ipsi execrantur, tu benedic, cum
insurgunt aduersum me confundan
tur, seruus autem tuus exultet.
Induantur aduersarij mei ignominia, &
operiantur vt vestimento confusio
ne sua.
Gratias agam DOMINO valde ore
meo, & prędicabo eum inter multos.
Quia astat pauperi â dextris, vt saluet
eum ab ijs qui damnant vitam eius.

Psalmus 110.

Psalmus Dauid.

DIXIT DOMINVS Domi
no meo, Sede a dextris meis, do
nec

nec ponam inicos tuos scabellum p
dum tuorum.
Sceptrum Regni tui emittet DOMI
NVS ex Zion, dominare in medio
inimicorum tuorum.
Populus tuus erit Spontaneus in die u
ctoriæ tuæ in ornatu sancto, ex utero
Aurore ut Ros nascent tibi filij tui
Iurauit DOMINVS & non pœnitebi
eum, Tu es Sacerdos in æternum
secundum ritum Melkizedek.
Dominus qui est a dextris tuis, per
cutiet in die iræ suæ reges.
Iudicabit inter gentes, cumulabit cada
uera, percutiet caput magnarum na
tionum.
De torrente in uia bibet, propterea exa
altabit caput.

Psalmus CXI.

HALELVIA.

GRATIAS ago DOMINO ex
toto corde, in consilio iustorum
& congregatione.
Magna sunt opera DOMINI, & pere
uestigata delectant.

Quicquid enim ipse ordinat glorioſum
est & magnificum, & iustitia eius
manet in æternum.
Memoriam instituit mirabilium suorum,
clemens & misericors DOMINVS.
Escam dat timentibus se, in æternum
memor est testamenti sui.
Annunciat populo suo potentia facta
sua, ut det eis hæreditatem gentium.
Opera manuum eius sunt ueritas et ius
omnia mandata eius sunt solida.
Stabilia sunt perpetuo & in æternum,
fiunt fideli corde & recto opere.
Redemptionem mittit populo suo, pro
mittit fœdus suum in æternum esse
mansurum, sanctum & admirandum
est nomen eius.
Timor DOMINI initium est Sapientiæ,
Hęc est prudentia salutaris, qui se ex
ercet in his, eius laus manet in æternum.

Psalmus CXII.

HALELVIA.

BEATVS est uir qui timet DO
MINVM, qui ualde delectatur
mandatis eius. Potens

Potens super terram erit semen eius, ge
nerationi rectorum benedicetur.
Diuitiæ & abundantia erunt in domo
eius, & iustitia eius manet in æternũ.
In tenebris lumen exoritur rectis, a cle
mente, misericorde & iusto.
Beatus est qui misericordiam exhibet
& mutuo dat, & curat res suas iuste.
Quia in æternum manebit, in memoria
æterna erit iustus.
Cum plaga futura nunciatur non me
tuit, siquidem cor eius constanter spe
rat in DOMINVM.
Firmum est cor eius, non timet, donec
tandem videat quæ vult in hostibus
suis.
Dispergit & dat pauperibus, iustitia ei
us manet in æternum, cornu eius exal
altabitur cum gloria.
Hoc videbit impius & dolebit, frende
bit dentibus suis & tabescet, quod
cupiunt impij nihil erit.

Psalmus 113.

HALELVIA:

Laudate

LAVDATE uos serui DOMI
NVM, laudate nomen DOMI
NI.
Sit nomen DOMINI benedictum, ex
hoc tempore usq; in æternum.
A solis ortu usq; ad occasum, benedi
ctum sit nomen DOMINI.
Excelsus est DOMINVS super om
nes gentes, gloria eius est ubicunq;
est cœlum.
Quis est sicut DOMINVS Deus no
ster, qui in altis se collocauit.
Et tamen humilia respicit, in cœlo & in
terra.
Qui eleuat ex puluere despectum, & e
stercore ereptum exaltat pauperem.
Vt sedere faciat eum cum principibus,
cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo, ut
sit læta filiorum mater. Haleluia.

Psalmus 114.

CVM egrederetur Israel ex Aegyp
to, domus Iacob ab alieno po
pulo.

Factus est Iuda sanctuarium eius, Israel regnum eius.
Mare uidit & fugit, Iordanis abijt retrorsum.
Montes subsilierunt ut agni, colles ut pulli ouium.
Quid accidebat tibi mare q fugisti? & tu Iordanis q retrorsum abijsti?
Vos montes q subsilijstis ut agni? uos colles ut pulli ouium?
Coram DOMINO mouebatur terra coram Deo Iacob.
Qui mutat petram in stagna aquarum, silicem in fontes aquarum.

Psalmus 115.

NON nobis DOMINE non nobis, sed nomini tuo da gloriam, de gratia exhibita & ueritate tua.
Cur dicant gentes, vbi est Deus eorum?
Deus autem noster in cœlo, quicquid uult efficit.
Simulachra uero illorum sunt argentum & aurum, opera manuum hominum.

Os habent & non loquuntur, oculos habent & non uident.
Aures habent & non audiunt, nares habent & non olfaciunt.
Manus habent & non palpant, pedes habent & non ambulant, nec loquuntur per guttur suum.
His similes sunt qui hæc faciunt, & qui in ea confidunt.
Israel autem speret in DOMINVM, hic est auxilium & scutum eorum.
Domꝰ Aaron speret in DOMINVM, hic est auxilium & scutum eorum.
Qui timent DOMINVM sperent in DOMINVM, hic est auxilium & scutum eorum.
DOMINVS memor est nostri & benedicit nobis, benedicit domui Israel, benedicit domui Aaron.
Benedicit timentibus DOMINVM, pusillis cum maioribus.
Benedicat uobis DOMINVS adhuc amplius, uobis & filijs uestris.
Vos estis benedicti DOMINI, qui

fecit cœlum & terram.
Cœlum quâm late patet DOMINI
est, terram autem dedit filijs homi
num.
Non mortui laudabunt te DOMINE
neq; omnes illi, qui descendunt in
silentium.
Sed nos benedicimus DOMINO, ex
hoc tempore in æternum. Haleluia.

Psalmus 116.

AMO q DOMINVS audit vo
cem & obsecrationem meam.
Quod inclinat ad me aurem suam, ideo
per totam uitam meam inuocabo
eum.
Cinxerant me funes mortis, & angustiæ
inferni appræhenderant me, incide
ram in tribulationem & angustiam
Sed nomen DOMINI inuocaui, ô
DOMINE libera animam meam.
DOMINVS est clemens & iustus, &
Deus noster est misericors.
DOMINVS custodit simplices, cum
succumbo ipse saluat me.

Redi

Redi ô anima mea ad tranquillitatem
tuam, quia DOMINVS benefacit
tibi.
Quoniam tu eripuisti animam meam
ex morte, oculum meum a lachrymis
pedem meum a lapsu.
Ambulabo ergo coram DOMINO, in
terra uiuentium.
CRedo, ideo loquor, ego autem affli
gor nimis.
Ego dixi in consternatione mea, Om
nis homo est mendax.
Quid retribuam DOMINO, pro om
nibus erga me benefactis.
Calicem salutaris accipiam, & nomen
DOMINI prædicabo.
Vota mea DOMINO reddam, coram
omni populo eius.
Pretiosa est coram DOMINO, mors
Sanctorum eius.
O DOMINE ego sum seruus tuus,
seruus tuus sum, filius ancillæ tuæ,
dirupisti uincula mea.
Tibi sacrificabo gratiarum actionem,

& prædicabo nomen DOMINI.
Vota mea DOMINO reddam, coram
omni populo eius.
In atrijs domus DOMINI, in te ô Ie
rusalem. Haleluia.

Psalmus 117.

LAVDATE DOMINVM om
nes gentes, prędicate eum om
nes populi.
Quoniam eius gratia & ueritas regnat
super nos, in æternum. Haleluia.

Psalmus 118.

GRATIAS agite DOMINO
quoniam benignus est, quoniam
in æternum perseuerat misericordia
eius.
Dicat nunc Israel, In æternum perseue
rat misericordia eius.
Dicat nunc domus Aaron, In æternum
perseuerat misericordia eius.
Dicant nunc qui timent DOMINVM
In æternum perseuerat misericordia
eius.
In tribulatiõe inuocaui DOMINVM, &

& exaudiuit me DOMINVS red-
dita consolatione.
DOMINVS mecum est non timebo,
Quid faceret mihi homo?
DOMINVS mecum est ut saluet me,
& ego uidebo quod uolo in hosti-
bus meis.
Bonum est confidere in DOMINVM
& non sperare in homines.
Bonum est confidere in DOMINVM
& non sperare in principes.
Omnes gentes circundant me, sed in
nomine DOMINI disecabo eas.
Circundant me undiq3, sed in nomine
DOMINI disecabo eas.
Circundant me sicut apes, & extingue-
re nituntur sicut ignem in spinis, sed
in nomine DOMINI disecabo eas.
Impellor ut cadam, sed DOMINVS
saluat me.
DOMINVS est fortitudo mea, & psal
mus meus, & salus mea.
Cantatur cum gaudio de uictoria in ta-
bernaculis iustorum, dextra DO-

MINI obtinet uictoriam.
Dextera DOMINI exaltata est, dex-
tera DOMINI obtinet uictoriam.
Non moriar, sed uiuam, & narrabo
opera DOMIMI.
Castigat quidem me DOMINVS, sed
morti non tradit me.
Aperite mihi portas iustitiæ, ut ingres-
sus in eas, gratias agam DOMINO.
Hæc est porta DOMINI, Iusti intra-
bunt in eam.
Gratias ago tibi quod humilias me, &
rursum me saluas.
Lapis quem reprobant edificatores, fa-
ctus est caput anguli.
A DOMINO factum est istud, & est
mirabile in oculis nostris.
Hæc est dies quam fecit DOMINVS,
exultemus & letemur in ea.
Obsecro DOMINE salua, obsecro
DOMINE da prosperum successum.
Benedictus sit qui uenit in nomine DO-
MINI, benedicimus uobis qui estis
ex familia DOMINI.

DO-

DOMINVS est Deus qui illuminat
nos, ornate diem festum frondibus
usq; ad cornua altaris.
Deus meus es tu & gratias ago tibi, De
us meus ego te prædicabo.
Gratias agite DOMINO quoniam
benignus est, quoniam in æternum
perseuerat misericordia eius.

Psalmus 119.

BEATI sunt qui in integritate ui-
uunt, qui ambulant in lege DO- I.
MINI.
Beati sunt qui custodiunt testimonia ei-
us, qui toto corde quærunt eum.
Nam qui in uijs eius ambulant, non ope
rantur iniquitatem.
Tu præcepisti mãdata tua, seruari ualde.
Vtinam dirigatur tota uita mea, ad ser-
uanda iura tua.
Tunc non pudefio, cum respicio ad om
nia præcepta tua.
Gratias ago tibi recto corde, q̃ doces
me iura iusticiæ tuæ.
Iura tua seruo, non delinquas me unq̃.

II. QVO fiet ut adoleſcens inculpate ambulet? ſeruando uerba tua.
Toto corde meo quero te, ne ſinas me errare a præceptis tuis.
In corde meo conſeruo eloquia tua, ut non peccem in te.
Benedictus ſis tu DOMINE, doce me iura tua.
Labijs meis narrabo, omnia iura oris tui.
De uia teſtimoniorum tuorum gaudeo, ſicut de quibuſcunq; diuitijs.
De mandatis tuis diſſero, & reſpicio ad ſemitas tuas.
In iuribus tuis me oblecto, non obliuiſcor uerborum tuorum.

III. BEnefac ſeruo tuo ut uiuam, & ſeruem uerba tua.
Aperi mihi oculos, ut conſiderem mirabilia in lege tua.
Peregrinus ego ſum ſuper terram, ne abſcondas a me præcepta tua.
Contuſa eſt anima mea, præ deſiderio erga iura tua omni tempore.

Increpas

Increpas ſuperbos, maledicti ſunt qui errant a præceptis tuis.
Auerte a me opprobrium & contemptum, quia teſtimonia tua cuſtodio.
Etiam principes ſedent & eloquuntur contra me, at ſeruus tuus diſſerit de iuribus tuis.
Teſtimonia tua ſunt oblectatio mea, & ſunt conſiliarij mei.

IIII. AHæret pulueri anima mea, recrea me ſecundum uerbum tuum.
Vias meas narro & tu exaudis me, doce me iura tua.
Viam mandatorum tuorum fac me intelligere, & diſseram de mirabilibus tuis.
Præ mœrore tabeſcit anima mea, conforta me ſecundum uerbum tuum.
Viam mendacem amoue a me, & legem tuam largire mihi.
Viam ueritatis elegi, iura tua propoſui mihi.
Adhæreo teſtimonijs tuis, DOMINE ne ſinas me pudefieri.

Quando

Quando tu consolaris cor meum, curro
uiam præceptorum tuorum.

V. OStende mihi DOMINE uiam iuri-
um tuorum, ut custodiam ea usq;
in finem.

Erudi me ut custodiam legem tuam, &
seruem ea toto corde.

Deduc me in semita præceptorum tuo-
rum, quia placet ea mihi.

Inclina cor meum ad testimonia tua, &
non ad auaritiam.

Auerte oculos meos ne respiciant ad
uanam doctrinam, sed recrea me in
uia tua.

Seruus tuus præceptum tuum firmiter
credat esse uerbum tuum, ut timeam
te.

Auerte a me opprobrium quod metuo,
quia iucunda sunt iura tua.

Ecce desidero mandata tua, recrea me
iusticia tua.

VI. DOMINE contingant mihi miseri-
cordiæ tuæ, salus tua secundum
eloquium tuum.

Vt respondere possim opprobanti mi-
hi, quia spero in uerbum tuum.

Et nequaquam tollas ab ore meo uer-
bum ueritatis, quia spero in iura tua.

Seruabo legem tuam assidue, perpe-
tuo & in æternum.

Et ambulabo cum gaudio, quia manda-
ta tua quæro.

Loquor de testimonijs tuis coram regi-
bus, nec erubesco.

Et delector præceptis tuis, & amo ea.

Et leuo manus meas ad præcepta tua
quæ amo, & disero de iuribus tuis.

M Emor esto uerbi tui seruo tuo, in VII.
quod me facis sperare.

Hæc est consolatio mea in afflictione
mea, quia eloquium tuum recreat
me.

Superbi derident me, non tamen a lege
tua declino.

DOMINE quando recordor quemad-
modum iudicaueris a condito mun-
do ualde recreor.

Ardet animus mihi contra impios, qui
derelinquunt

derelinquunt legem tuam.
Iura tua sunt mea carmina, in domo peregrinationis meæ.
Memor fum DOMINE nocte nominis tui, & seruo legem tuam.
Hic est meus thesaurus, ꝙ mandata tua custodio.

VIII. DIxi, DOMINE hæc erit hæreditas mea, ꝙ seruo uerba tua.
Obsecro coram facie tua toto corde, miserere mei secundum eloquium tuum.
Recogito uias meas, & conuerto pedes meos ad testimonia tua.
Festino & non differo, seruare præcepta tua.
Cateruæ impiorum deprædantur me, at legis tuæ non obliuiscor.
Media nocte surgo ad gratias tibi agendum, propter iura iusticiæ tuæ.
Adhæreo ijs quicunq; timent te, & seruant mandata tua.
DOMINE misericordia tua plena est terra, doce me iura tua.

Bene-

BEnefacis seruo tuo DOMINE, secundum verbum tuum. IX.
Bonos mores & scientiã doce me, quia præceptis tuis credo.
Priusquam humiliarer errauí, nunc autem eloquium tuum seruo.
Benignus es tu & benefícus, doce me iura tua.
Superbi excogitant aduersum me mendacium, ego autem toto corde custodio mandata tua.
Cor eorum incrassatum est sicut aruina, ego autem delector lege tua.
Amo quôd humilias me, ut discam iura tua.
Melior est mihi lex oris tui, quàm multa milia pondo auri & argenti.

MAnus tuæ fecerunt me & formauerunt me, instrue me vt discam præcepta tua. X.
Qui timent te vident me & lætantur, quia in verbum tuum spero.
Scio DOMINE ꝙ iudicia tua sunt iusta, & consulto humiliasti me.

Sit

Sit quæso misericordia tua consolatio mea, ut promisisti seruo tuo.
Contingant mihi misericordię tuę ut viuam, quia delector lege tua.
Vtinam confundantur superbi qui mendacio deprimunt me, ego autem disserо de mandatis tuis.
Vtinam adhæreant mihi qui timent te, & nouerunt testimonia tua.
Persistat cor meum integrum in iustificationibus tuis, ut non confundar.

XI. ANima mea anxie desiderat, salutem tuam, spero in uerbum tuum.
Anxie desiderant oculi mei quod promisisti, dicentes, quando consolaberis me?
Quia sum sicut pellis in fumo, iustificationum tuorum non obliuiscor.
Quamdiu seruus tuus expectabit? quando quæso iudicabis persecutores meos?
Superbi effodiunt mihi foueas, quæ non sunt secundum legem tuam.
Omnia præcepta tua sunt ueritas, mendacio

dacio persequuntur me, salua me.
Fecerunt penè consummationem mei in terra, ego autem non derelinquo mandata tua.
Recrea me secundum misericordiam tuam, vt seruem testimonia oris tui.

VErbum tuum DOMINE persistet in æternum, quàm late patet cœlum. XII.
Veritas tua stat perpetuo, parasti terram & pesistit.
Secundum uerbum tuum stant quotidie, quoniam omnia seruiunt tibi.
Nisi lex tua fuisset consolatio mea, mœrore perijssem in afflictione mea.
In æternum non obliuiscar mandatorum tuorum, quia per ipsa recreas me.
Tuus ego sum, salua me, quia mandata tua quæro.
Me obseruant impij vt perdant me, testimonia tua aduerto.
Omnium rerum vidi finem, præceptum autem tuum finem non habet.

XIII. QVàm diligo legem tuam, quotidie de ea dissero.
Sapientiorem me facis inimicis meis præcepto tuo, quia in æternum meus thesaurus est.
Doctior sum omnibus docentibus me, quia testimonia tua sunt disertio mea.
Plus intelligo quàm seniores, quia mandata tua custodio.
Cohibeo pedes meos ab omni via mala vt seruem verbum tuum.
A iuribus tuis non declino, quia tu doces me.
Eloquia tua sunt faucibus meis, melle dulciora.
Mandata tua intelligentem me faciunt, ideo odi omnem semitam mendacem.
XIIII. VErbum tuum est lucerna pedi meo, & lumen pro semita mea.
Iuro & præstabo, uidelicet seruaturum me iura iusticiæ tuæ.
Humiliatus sum ualde, DOMINE re-

crea me secundum uerbum tuum.
Beneplaceant tibi DOMINE voluntariæ oblationes oris mei, & iura tua doce me.
Animam meam in manibus meis porto semper, & legis tuæ non obliuiscor.
Impij ponunt mihi laqueum, ego autem a mandatis tuis non aberro.
Aeterna hæreditas sunt mihi testimonia tua, quia sunt exultatio cordis mei.
Inclino cor meum, vt faciam secundum iura tua, perpetuo & in æternum.
ODi inconstantes, & legem tuam amo. XV.
Tu es latibulum & scutum meum, in verbum tuum spero.
Declinate a me maligni, seruabo præcepta Dei mei.
Sustento me eloquio tuo vt viuam, & ne sinas me pudefieri spe mea.
Sustenta me vt saluus sim, & delectabor perpetuo iuribus tuis.
Tu conculcas omnes qui errant a iuri-

bus tuis, quia fraus eorum est menda-
dacium.
Abijcis omnes impios super terram, ut
scoriam, ideo amo testimonia tua.
Exhorret caro mea timore tui, & timeo
propter iudicia tua.

XVI. FAcio iudicium & iusticiam, non
tradas me tyrannidi calumniato-
rum meorum.
Patrocinare seruo tuo & cõsolare eum,
vt non calumnientur me superbi.
Anxie desiderant oculi mei salutem tu-
am, & promissionem iusticiæ tuæ.
Fac erga seruum tuum secundum mise-
ricordiam tuam, & iura tua doce me.
Seruus tuus ego sum, instrue me, vt
cognoscam testimonia tua.
Tempus est vt faciat DOMINVS, la-
cerarunt legem tuam.
Ideo amo præcepta tua plus quam aur-
rum & obrizum.
Atq; ideo in omnibus mandatis tuis
recta incedo, omnem viam mendá-
cem odi.

Mirabilia

MIrabilia sunt testimonia tua, ideo XVII.
custodit ea anima mea.
Cum reuelantur verba tua lætificant, &
intelligentiam dant paruulis.
Os meum aperio & desidero præcepta
tua, quia suspiro ea.
Conuertere ad me & miserere mei,
quemadmodum misereri soles ijs qui
diligunt nomen tuum.
Vestigia mea solida fac in eloquio tuo,
& nullam iniquitatem sinas domina-
ri mihi.
Redime me a calumnia hominum, &
seruabo mandata tua.
Facies tua luceat super seruum tuum, &
doce me iura tua.
Riui aquarum defluxerunt ab oculis
meis, quod non seruatur lex tua.

IVstus es DOMINE, & rectum est XVIII
iudicium tuum.
Serio mandasti testimonia iusticiæ tuæ,
& veritatem.
Ferè consumpsit me zelus meus, quod
aduersarij mei verborum tuorum ob
liuiscunt.

Eloquium tuum bene est igne probatum, & seruus tuus amat ipsum.
Paruus sum & contemptus, mandatorum tamen tuorum non obliuiscor.
Iustitia tua est iustitia æterna, & lex tua est veritas.
Angustia & tribulatio occuparunt me, sed delector præceptis tuis.
Iustitia testimoniorum tuorum æterna est, erudi me & uiuam.

XIX. CLamo toto corde, exaudi me DOMINE, ut iura tua custodiam.
Inuoco te, salua me, vt seruem testimonia tua.
Summo mane accedo & clamo, in verbum tuum spero.
Ante diluculum euigilo, vt disseram de eloquijs tuis.
Audi vocem meam secundum misericordiam tuam DOMINE, recrea me secundum ius tuum.
Inuadere me nituntur scelesti persecutores mei, longe sunt a lege tua.
Tu autem prope es DOMINE, & omnia

omnia præcepta tua sunt veritas.
Iam ante noui, q̃ tu testimonia tua fundasti in æternum.

VIde afflictionem meam & eripe me, quia legis tuæ non obliuiscor. XX.
Age causam meam & libera me, recrea me eloquio tuo.
Longe est salus ab impijs, quia iura tua non quærunt.
Multæ sunt misericordiæ tuæ DOMINE, recrea me secundum iura tua.
Multi sunt, qui persequuntur & tribulant me, tamen non declino a testimonijs tuis.
Video contemptores & doleo, quia eloquium tuum non seruant.
Vide DOMINE q̃ mandata tua amo, recrea me secundum misericordiam tuam.
Verbum tuum est ipsissima veritas, omnia iura iusticiæ tuæ perseuerant in æternum.

PRincipes persequuntur me sine causa, verba autem tua metuit cor meum. XXI.

Gaudeo de eloquio tuo, vt qui accipit spolia multa.
Mendacium odi & abominor, legem autem tuam amo.
Septies in die laudo te, propter iura iustitiæ tuæ.
Multa pace fruuntur amantes legem tuam, & non sentient offendiculum.
Expecto salutem tuam DOMINE, & facio secundum præcepta tua.
Anima mea seruat testimonia tua, & amat ea serio.
Seruo mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ sunt coram te.

XXII. ADmitte DOMINE quærelam meam sub conspectum tuum, erudi me secundum uerbum tuum.
Intret obsecratio mea ante te, erue me secundum eloquium tuum.
Laudabunt labia mea, cum doces me iura tua.
Loquetur lingua mea eloquium tuum, quia omnia præcepta tua sunt iusta.
Adsit mihi manus tua, quia mandata tua elegi.

Concupiſco ſalutem tuam DOMINE, & delector lege tua.
Viuat quæſo anima mea vt laudet te, & iura tua adiuuent me.
Sum ſicut ouis errans & perdita, quære ſeruum tuum, quia præceptorum tuorum non obliuiſcor.

Pſalmus 120.
Canticum æditioris loci.

AD DOMINVM in tribulatione mea clamo, & exaudit me.
DOMINE libera animam meam a labijs mendacibus, & a lingua doloſa.
Quid poterit in te lingua doloſa? aut quid efficiet?
Eſt vt accutæ ſagittæ potentis, ut ignis in iuniperis.
Væh mihi q̃ aduena ſum in Meſech, habito in tabernaculis Kedar.
Longa eſt animæ meæ hæc mora, inter eos qui oderunt pacem.
Ego quidem ſeruo pacem, ſed cum loquor ipſi belligerantur.

Psalmus 121.
Canticum æditioris loci.

LEVO oculos meos ad montes
vnde venit auxilium mihi.
Auxilium meum venit a DOMINO
qui fecit cœlum & terram.
Non sinet vacillare pedem tuum, neq;
dormit qui custodit te.
Ecce non dormitat neq; dormit, custo
Israel.
DOMINVS custodit te, DOMI
NVS est vmbraculum tuum super
manum dexteram tuam.
Ideo neq; sol in die lædet te, neq; luna
in nocte.
DOMINVS custodiat te ab omni ma
lo, custodiat animam tuam.
DOMINVS custodiat introitum tu
um & exitum tuum, ex hoc tempo
re vsq; in æternum.

Psalmus 122.
Canticum æditioris loci.

GAVDEO cum mihi dicitur, in
domum DOMINI ibimus. Et

Et stabunt pedes nostri, in portis tuis
Ierusalem.
Ierusalem est ædificata, vt sit ciuitas quò
conueniatur.
Quò ascendant tribus uidelicet tribus
DOMINI, ad prædicandum populo
Israel, ad gratias agendum nomini
DOMINI.
Quia illic sedent sedes ad iudicandum,
sedes domus Dauid.
Imprecamini prospera ciuitati Ierusa-
lem, bene habeant qui diligunt te.
Sit pax intra muros tuos, & prosperi-
tas in palatijs tuis.
Propter fratres meos & amicos meos,
imprecabor pacem tibi.
Propter domum DOMINI Dei nostri,
quæram bona tibi.

Psalmus 123.
Canticum æditioris loci.

AD te leuo oculos meos, habitator
cœlorum.
Ecce sicut oculi seruorum respiciunt
ad manum dominorum suorum, sicut
oculi

oculi ancillę ad manum dominę ſuæ, ſic oculi noſtri ad DOMINVM Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri DOMINE, miſerere noſtri, quia multum repleti ſumus deſpectione.

Multum repleta eſt anima noſtra, quæ eſt opprobrium contemptoribus & deſpectio ſuperbis.

Pſalmus 124.

NISI DOMINVS adeſſet nobis, dicat nunc Iſrael.

Niſi DOMINVS adeſſet nobis, cum homines inſurgunt aduerſum nos,

Viuos deglutirent nos, cum furit ira eorum in nos.

Aquæ obruerent nos, fluuij tranſirent ſuper animam noſtram.

Tranſirent ſuper animam noſtram, aquæ nimis altæ.

Benedictus ſit DOMINVS, q̃ non dat nos prædam dentibus eorum.

Anima noſtra euaſit ſicut auus ex laqueo

queo aucupis, laqueus ruptus eſt, & nos liberi ſumus.

Adiutorium noſtrũ eſt in nomine DOMINI, qui fecit cœlum & terram.

Pſalmus 125.

Canticum æditioris loci.

QVI confidunt in DOMINVM non labentur, ſed in æternum permanebunt, ſicut mons Zion.

In circumitu Ieruſalem ſunt montes, & DOMINVS eſt in circumitu populi ſui, ex hoc tempore vſq; in æternum.

Quia non permanebit ſceptrum impiorum ſuper ſortem iuſtorum, ne extendant iuſti ad iniuſticiam manus ſuas.

Benefac DOMINE, bonis & rectis corde.

Declinantes aũt ad prauas vias ſuas abiget DOMINVS cum operarijs iniquitatis, At pax ſit ſuper Iſrael.

Pſalmus 126.

Canticum æditioris loci.

Cum

CVM ſoluerit DOMINVS captiuos zion, erimꝰ ſicut ſomniantes.
Tunc replebitur riſu os noſtrum, & lingua noſtra gloriatione, tunc dicent inter gentes, magna fecit DOMINVS erga iſtos.
Magna utiq; fecit DOMINVS nobis, ideo læti ſumus.
Verte DOMINE captiuitatem noſtram ſicut exiccaſti aquas in auſtro.
Qui ſeminant lachrymantes, exultantes metent.
Abeuntes flent & portant precioſum ſemen, redeuntes autem gaudio pleni portant manipulos ſuos.

Pſalmus. 127.

Canticum Salomonis in ædítiorí loco

NISI DOMINVS ædificauerit domum, fruſtra laborant qui ædificant eam, niſi DOMIVS cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam.
Non prodeſt uobis mane ſurgere, & ſero cubitum ire, & magnis curis panem

nem edere, nam dilectis ſuis dat etiam dormientibus.
Ecce filij ſunt donum DOMINI, & fructus uteri eſt munus.
Sicut ſagittæ in manu potentis, ita ſunt adoleſcentes.
Beatus eſt uir qui his plenam habet pharetrã, non confunduntur ſi quando res erit eis cum aduerſarijs ſuis in porta.

Pſalmus 128.

Canticum æditioris loci.

BEATVS eſt quiſquis timet DOMINVM, & ambulat in uijs eius.
Ex labore manuum tuarum uictum habebis, beatus es, & bene tibi erit.
Vxor tua erit ſicut uitis fructifera in lateribus domus tuæ, & filij tui ſicut plantulæ oliuarum in circumitu menſæ tuæ.
Ecce ſic benedicitur uiro, qui timet DOMINVM.
DOMINVS benedicet tibi ex Zion,

ut

ut uideas fœlicitatem Ieruſalem cun-
ctis diebus uitæ tuæ.
Et videas filios filiorum tuorum, pa-
cem ſuper Iſrael.

Pſalmus 129.
Canticum æditioris loci.

SAEPE oppugnauerunt me a iuuen-
tute mea, dicat nunc Iſrael.
Sæpe oppugnauerunt me a iuuentute
mea, ſed non expugnauerunt me.
Supra dorſum meum arabant aratores,
& prolongabant ſulcum ſuum.
DOMINVS qui iuſtus eſt, diſſecuit
funes impiorum.
Vtinam confundantur, & in fugam ver-
tantur omnes qui oderunt Zion.
Vtinam fiant ſicut fœnum tectorum,
quod exareſcit antequam euellatur,
De quo non implet manum ſuam meſ-
ſor, nec brachium ſuum collector ma-
nipulorum.
Nec uidi prætereuntes dicunt, ſit bene-
dictio DOMINI ſuper vos, benedi-
cimus vobis in nomine DOMINI.

Pſalmus

Pſalmus 130.
Canticum æditioris loci.

EX profundis clamo ad te DOMI-
NE.
DOMINE audi uocem meam, atten-
dant aures tuæ ad uocem obſecratio-
nis meæ.
Si peccata imputaueris DOMINE,
DOMINE quis conſiſtet?
Quia apud te eſt propitiatio, ut timea-
ris.
Expecto DOMINVM, expectat ani-
ma mea, & ſpero in uerbum eius.
Expectat anima mea DOMINVM, a
uigilia matutina uſq; ad uigiliam ma
tutinam.
Iſrael ſperet in DOMINVM, quia a-
pud DOMINVM eſt miſericordia
& multa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael, ex omnibus pec-
catis eius.

Pſalmus 131.
Canticum Dauid in æditiori loco.

DOMINE non est superbum cor meum, neq; elati sunt oculi mei, neq; ambulo in magnis, quæ miris modis sint supra me.
Quando nõ posui & silere feci animam meam, ablactabatur anima mea, ut puer ablactatur a matre sua.
Israel speret in DOMINVM, ex hoc tempore usq; in æternum.

Psalmus 132.
Canticum æditioris loci.

MEMENTO DOMINE Dauid & omnis afflictionis eius.
Qui iurauit DOMINO, uotum uouit Forti Iacob.
Non introibo in tabernaculum domus meæ, non ascendam super lectum strati mei.
Non dabo somnum oculis meis, aut palpebris meis uel dormitationem.
Donec inueniam locum DOMINO, tabernacula Forti Iacob.
Ecce, audiuimus de eo loco in Ephrata, inuenimus

inuenimus illum in campis syluosis.
Introibimus in tabernacula eius, & adorabimus coram scabello pedum eius.
Exurge DOMINE in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ.
Sacerdotes tui induantur iusticia, & Sancti tui exultent.
Ne auferas hanc faciem Christi tui, propter Dauid seruum tuum.
DOMINVS iurauit Dauidi ueritatem, ab ea non auertetur, Fructum uentris tui ponam super sedem tuam.
Si custodierint filij tui pactum meum & testimonium meum quod docebo eos, etiam filij eorum sedebunt super sedem tuam usq; in æternum.
Quoniam Zion elegit DOMINVS, illic delectatur habitare.
Hæc requies mea est in æternum, hic habitabo, quoniam amo eam.
Annonæ eius benedicam, pauperes eius saturabo pane.
Sacerdotes eius induam salute, & Sancti

cti eius exultabunt.
Ibi oriri faciam cornu Dauid, parauí lu-
cernam Christo meo.
Inimicos eius induam confusione, su-
per ipsum autem florebit diadema
eius.

Psalmus 133.

Canticum Dauidis in æditiori locô.

ECCE quàm sit bonum & iucun-
dum, quôd fratres cohabitant
concordes.
Sicut unguentum optimum, quod a ca-
pite Aaron fluit in eius totam bar-
bam, & defluit in uestimenta eius.
Sicut ros Hermon, qualis etiam descen-
dit super montes Zion, quoniam il-
lic promittit DOMINVS benedi-
ctionem & uitam perpetuo & in æ-
ternum.

Psalmus 134.

Canticum æditioris loci.

ECCE, Benedicite DOMINO uos
omnes serui DOMINI, qui no-
ctu statis in domo DOMINI.

Leuate

Leuate manus uestras in Sanctuario, &
Benedicite DOMINO.
Benedicat tibi DOMINVS ex Zion,
qui fecit cœlum & terram.

Psalmus 135.

HALELVIA.

LAVDATE nomen DOMINI,
laudate uos serui DOMINI.
Qui statis in domo DOMINI, in atrijs
domus Dei nostri.
Laudate DOMINVM quoniam be-
nignus est DOMINVS, psallite
nomini eius quoniam suaue est.
Quoniam Iacob elegit sibi DOMI-
NVS, Israel in peculium suum.
Quia ego noui quòd magnus est DO-
MINVS, & Dominus noster præ
omnibus dijs.
Omnia quæcunq; uult DOMINVS
facit in cœlo & in terra, in mari & in
omnibus abyssis.
Qui eleuat nubes ab extremo terræ,
qui fulgura simul cũ pluuia facit, qui
educit uentum ex occultis locis suis.

Qui

Qui percussit primogenita in Aegypto, & hominum & animalium.
Et misit signa & prodigia super te Aegypte, in Pharaonem & in omnes seruos eius.
Qui percussit populos multos, & occidit reges potentes.
Sihon regem Amorrhæorum, & Og regẽ Basan, & omnia regna Canaan.
Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo.
DOMINE nomen tuum perseuerat in æternum, memoria tui DOMINE perpetuo.
Quia DOMINVS iudicabit populũ suum, & seruis suis miserebitur.
Simulachra gentium sunt argentum & aurum, opera manuum hominum.
Os habent & non loquuntur, oculos habent & non uident.
Aures habent & non audiunt, neq; est spiritus in ore eorum.
His similes sunt qui hæc faciunt, & qui in ea confidunt.

Domus

Domus Israel benedicat DOMINO. uos posteri Aaron benedicite DOMINO.
Vos posteri Leui benedicite DOMINO, vos qui timetis DOMINVM benedicite DOMINO.
Benedictus sit DOMINVS ex Zion, qui habitat in Ierusalem. Haleluia.

Psalmus 136.

GRATIAS agite DOMINO quoniam benignus est, quoniam in æternũ perseuerat misericordia eius.
Gratias agite Deo Deorum, quoniam in æternum perseuerat misericordia eius.
Gratias agite DOMINO Dominorum, quoniam in æternum perseuerat misericordia eius.
Qui facit mirabilia magna solus, quoniam in æternum perseuerat misericordia eius.
Qui fecit cœlos prudenti ordinatione, quoniam in æternum perseuerat misericordia eius.

Qui expandit terram ſuper aquas, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Qui fecit luminaria magna, quoniam in æternũ perſeuerat miſericordia eius.

Solem ut præſit diei, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Lunam & ſtellas ut præſint nocti, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Qui percuſsit Aegyptum in primogenitis eius, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Et inde eduxit Iſrael, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Per potentem manum & brachium extentum, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Qui diuiſit mare rubrum in duas partes, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Et perduxit Iſrael per medium eius, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Et

Et excuſsit Pharaonem & exercitum eius in mari rubro, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Qui duxit populum ſuum per deſertum, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Qui percuſsit reges magnos, quoniã in æternũ perſeuerat miſericordia eius.

Et occidit reges potentes, quoniam in æternũ perſeuerat miſericordia eius.

Sihon regem Amorrhæorum, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Et Og regem Baſan, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Et dedit terram eorum hæreditatem, quoniam in æternum perſeuerat miſericordia eius.

Hæreditatem Iſrael ſeruo ſuo, quoniam in ęternum perſeuerat miſericordia eius.

Quoniam memor fuit noſtri in afflictione noſtra, quoniam in ęternum perſeuerat miſericordia eius.

Et redemit nos ab inimicis nostris, qu
niam in æternum perseuerat miser
cordia eius.

Qui dat escam omni carni, quoniam i
æternũ perseuerat misericordia eius
Gratias agite Deo cœli, quoniã in ęter
num perseuerat misericordia eius.

Psalmus 137.

AD flumina Babilonis sedimus &
fleuimus, cum recordabamu
Zion.

Suspendebamus citharas nostras ad sa
ces, quæ sunt ibi.

Quia illic iusserunt nos cantare qui ca
ptiuos tenebant nos, & lætos esse i
eiulatu nostro, cantate nobis aliquod
canticum Zion.

Qui cantaremus canticum DOMINI
in terra aliena?

Si obliuiscor tui Ierusalem, obliuioni
detur dextera mea.

Adhęreat lingua mea palato meo, si non
memor sum tui, si non facio Ieruſa
lem summam lætitiam meam.

Memor

Memor esto DOMINE filiorũ Edom
in die Ierusalem, qui dicunt, uastate,
uastate omnia usq; ad fundum eius.

Tu uastata filia Babel, beatus ille sit, qui
reddet tibi, quemadmodum fecisti
nobis.

Beatus sit qui tenebit paruulos tuos, &
allidet ad saxum.

Psalmus 138.

DAVIDIS.

GRATIAS ago tibi toto corde
meo, coram dijs psallam tibi.

Adorabo ad templum sanctum tuum,
& gratias agam nomini tuo, propter
gratiam tuam & ueritatem tuam, quo
niam super omnia glorioſum fecisti
nomen tuum uerbo tuo.

Quocunq; tempore inuoco te, exaudi
me, da magnam fortitudinem animæ
meæ.

Gratias agunt tibi DOMINE oẽs re
ges terrę, quia audiunt uerba oris tui.

Et cantant in uijs DOMINI, quod ma
gna est gloria DOMINI.

Quoniam

Quoniam excelsus est DOMINVS &
humilia respicit, & superbum eminu
cognoscit.
Cum ambulo in medio tribulationis
creas me, & extendis manum tuam
contra iram inimicorum meorum
& saluas me dextera tua.
DOMINVS perficiet hęc propter
me, DOMINE misericordia tua
æterna, ne desere opus manuum tu
arum.

Psalmus 139.

Psalmus Dauid ad præcinendum.

DOMINE tu exploras me, & no
sti me.
Siue sedeam siue surgam nosti, long
ante intelligis cogitationem meam.
Siue transeam, siue cubem es circũ me
& uides omnes uias meas.
Quia ecce, non est aliquod uerbum in
lingua mea, quod tu DOMINE
non totum noris
Quæ ante & quæ post faciam tu dispo
nis, & tenes super me manum tuam.

Talis

Talis cognitio admiranda mihi & supra
me est, non possum assequi eam.
Quò ibo a spiritu tuo? & quò a facie tua
fugiam?
Si ascenderem in cœlum, illic es, si stra
tum facerem in inferno, etiam illic
ades.
Si assumerem pennas auroræ, & habi
tarem ad extremum mare.
Tamen illic manus tua deduceret me,
& teneret me dextera tua.
Si dico, Tenebrę possunt occultare me,
tunc etiam ipsa nox lux est circum
me.
Nam ne tenebrę quidem sunt tenebro
sæ apud te, & nox lucet ut dies, te
nebræ sunt ut lux.
Quia in tua potestate habes renes me
os, Agebas super me in utero matris
meæ.
Gratias ago tibi quòd mirabiliter for
matus sum, mirabilia sunt opera tua,
id quod anima mea bene nouit.
Non erant occulta tibi ossa mea, quan
do

do in occulto formabar, quando fin
gebar infra in terra.
Adhuc informem me uidebant ocu
tui, Et omnes dies futuri, quorum
nullus adhuc aderat, scripti erant i
libro tuo.
Quàm itaq; magnificæ sunt coram m
cogitationes tuæ Deus, quàm gran
dis est summa earum.
Si numerarem eas superarent numer
rum arenæ maris, cum euigilo adhu
tecum sum.
Vtinam occidas Deus impios, & san
guinarij declinent a me.
Loquuntur enim de te blaspheme, &
superbiunt sine causa qui oderun
te.
Ego certe DOMINE odi odio habeo
tes te, & male me habet quòd insur
gunt aduersum te.
Serio odi illos, ideo inimici sunt mihi.
Inuestiga me Deus & explora cor me
um, proba me & experire quâm sin
affectus.

Et uide num agam in uia aliqua mala,
& deduc me in uia æterna.

Psalmus 140.

Psalmus Dauid ad præcinendum.

ERIPE me DOMINE ab homine
malo, a uiris iniquis custodi me.
Qui corde cogitant mala, & assidue in
stigant ad bella.
Exacuunt linguas suas ut serpens, ui
pereum uenenum est sub labijs eo
rum. Sela.
Custodi me DOMINE a manu impij,
a uiris iniquis conserua me, qui co
gitant subuertere gressus meos.
Abscondunt superbi laqueum mihi, &
funes extendunt ut sint rete, iuxta
uiam pedicas ponunt mihi. Sela.
Ego autem dico DOMINO, Tues
Deus meus, attende DOMINE
uoci obsecrationis meæ.
DOMINE Deus qui es fortis salus
mea, tu protegis caput meum tem
pore belli.
Ne permittas DOMINE desideria su
impio,

impio, ne fortunes nequitiam eius, ne inde efferant sese. Sela.

Afflictio de qua consultant aduersarij cadat super capita ipsorum.

Ipse effundet super eos fulmina, igne præcipitabit eos in profundam terram, ut nunquam emergant.

Ori peruerso male succedet super terram, uir iniquus & malus fugabitur & præcipitabitur.

Nam noui quòd DOMINVS suscipiet causam afflicti, & ius pauperis iustificabit.

Et iusti gratias agent nomini tuo, & recti permanebunt coram conspectu tuo.

Psalmus 141.

Psalmus Dauidis.

DOMINE ego ad te clamo, festina ad me, attende uoci meæ cum inuoco te.

Valeat coram te oratio mea sicut incensum, eleuatio manuum mearum sicut sacrificium uespertinum.

Custodi

Custodi DOMINE os meum, & conserua labia mea.

Non inclines cor meum ad malum, ne studeam impietati cum operarijs iniquitatis, Ne comedam quę grata sunt ipsis.

Percutiat me iustus ex misericordia & increpet me, hoc iucundum erit mihi uelut unguentum super caput meum, quia pergo orare ne isti mihi noceant.

Doctores eorum præcipitentur ad petram, tunc audietur doctrina mea ꝙ iucunda est.

Dispersa sunt ossa nostra usq; ad infernum, quemadmodum aratur & discitur terra.

Quia ad te DOMINE Deus respiciunt oculi mei, in te spero, ne exturbes animam meam.

Custodi me a laqueo quem posuerunt mihi, & a pedicis operariorum iniquitatis.

Cadant impij simul in retia sua, præte-

ream autem ego perpetuo.

Psalmus 142.

Eruditio Dauid ad orandum, quand
erat in spelunca.

VOCE mea ad DOMINVM
clamo, obsecro DOMINVM
uoce mea.

Effundo coram eo eloquium meum, &
aperio coram eo afflictionem meam.

Cum spiritus meus in angustia est, so
licitus es pro me, in uia qua ambul
abscondunt laqueum mihi.

Respice ad dexteram & uide, quòd illi
nemo agnoscit me, fugere nequeo
nemo solicitus est pro anima mea.

Ad te DOMINE clamo & dico, Tu es
fiducia mea, tu es hæreditas mea in
terra uiuentium.

Attende ad quærelam meam, qui affli
gor nimis, libera me a persecutori
bus meis, quia præualent mihi.

Educ ex carcere animam meam, ut gra
tias agam nomini tuo, tunc congre
gabuntur

gabuntur ad me iusti cum benefece
ris mihi.

Psalmus 143.

Psalmus Dauidis.

DOMINE audi orationem meam,
attende obsecrationi meæ pro
pter ueritatem tuam, exaudi me pro
pter iusticiam tuam.

Et non intres in iudicium cum seruo
tuo, quia nullus qui uiuit iustus est
coram te.

Quia persequitur inimicus animam me
am, conquassat ad terram uitam me
am, collocat me in tenebras, sicut sæ
culo defunctos.

Et anxius est in me spiritus meus, con
tabuit intra me cor meum.

Memor autem sum superiorum sæcu
lorum, loquor de omnibus operi
bus tuis, & dico de factis manuum
tuarum.

Expando manus meas ad te, anima mea
sitit te ut arida terra. Sela.

Cito exaudi me DOMINE, deficit spi
ritus meus, ne abscondas faciem tu
am a me, ne similis fiam descenden
bus in foueam.

Fac me audire mane misericordiam tu
am, quia in te spero, notam fac mih
uiam qua ambulem, quia te suspira
anima mea.

Eripe me ab inimicis meis DOMINE
ad te confugio.

Doce me facere quod placitum sit tibi
quia Deus meus es tu, spiritus tuus
bonus deducat me per uiam rectam.

Propter nomen tuum DOMINE re
crea me, educ ex tribulatione ani
mam meam propter iusticiam tuam.

Et perde inimicos meos propter mise
ricordiam tuam, perde omnes qui
tribulant animam meam, quoniam
ego sum seruus tuus.

Psalmus 144.

DAVIDIS.

BENEDICTVS sit DOMINVS
fiducia mea, qui docet manus
meas

meas præliari, & digitos meos arma
tractare.

Misericordia mea & arx mea, protectio
mea & liberator meus, scutum me
um cui fido, qui obsequentem facit
populum meum mihi.

DOMINE quid est homo quòd solici
tus es pro eo? & filius hominis quòd
reputas eum?

Homo est ut res nihili, tempus eius si
cut umbra abit.

DOMINE inclina cœlos tuos & de
scende, tange montes ut fumigent.

Iacularе fulgur & dissipa eos, emitte sa
gittas tuas & conturba eos.

Mitte de excelso manum tuam & eripe
me, libera me ab aquis multis, & de
manu filiorum alienorum.

Quorum doctrina est uanitas, & opera
eorum fallacia sunt.

Deus tibi cantabo canticum nouum,
psallam tibi psalterio decachordo.

Qui das uictoriam regibus, & redimis
Dauid seruum tuum a gladio morti
fero

fero maligni.
Redime etiam me & erue me de manu filiorum alienorum, quorum doctrina est vanitas, & opera eorum fallacia sunt.
Succrescant filij nostri in adolescētia sua uelut plantulæ, & filiæ nostræ ut sculpturis ornata triclinia & ut palatia.
Sint promptuaria nostra plena, expromentia annonam nunc hanc nunc illam, oues nostræ producant mille fętus & centū milia in pagis nostris.
Boues nostri sunt fortes ad multum laborem, nullum damnum, nullum periculum, nulla quærela sit in plateis nostris.
Beatus est populus cui hęc contingunt, At reuera ille populus beatus est, cuius Deus est ipse DOMINVS.

Psalmus 145.

LAVS DAVID.

EXALTABO te Deus meus Rex, & benedicam nomini tuo perpetuo & in æternum.

Quotidie benedicam tibi, & prædicabo nomen tuum perpetuo & in æternum.
Magnus est DOMINVS & ualde laudandus, & ineffabilis magnitudo eius.
Generatio generationi prædicabit opera tua, & potentiam tuam dicet.
Gloriosam maiestatatem decoris tui, & admiranda facta tua loquar.
Et dicantur fortia facta tua, & narretur gloria tua.
Vt celebretur ingens bonitas tua, & tua iusticia prædicetur.
Clemens & misericors est DOMINVS, longanimis & misericordia magnus.
Benignus omnibus est DOMINVS, & miseretur omniū operum suorum.
Gratias agant tibi DOMINE omnia opera tua, & Sancti tui benedicant tibi.
Prædicent gloriam Regni tui, & loquantur potentiam tuam.

Vt nota fiat filijs hominum potentia tua, & glorioſa maieſtas regni tui.
Regnum tuum eſt regnum æternum, & dominatio tua perpetua eſt.
Suſtentat DOMINVS omnes cadentes, & erigit omnes proſtratos.
Oculi omnium te expectant, & tu das eis eſcam ipſorum in tempore ſuo.
Aperis manum tuam, & ſatias benepla-cito omne quod uiuit.
Iuſtus eſt DOMINVS in omnibus uijs ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.
Prope eſt DOMINVS omnibus inuocantibus ſe, omnibus ſerio inuocantibus ſe.
Beneplacitum timentium ſe facit, & audit clamorem eorum & ſaluat eos.
Cuſtodit DOMINVS omnes diligentes ſe, & omnes impios diſperdet.
Laudem DOMINI loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomini ſancto eius perpetuo & in æternum.

Pſalmus

Pſalmus 146.

HALELVIA.

LAVDA anima mea DOMINVM.
Laudabo DOMINVM per omnem uitam meam, pſallam Deo meo quàm diu hic ſum.
Nolite confidere in principes, homines ſunt, iuuare non poſsunt.
Abibit ſpiritus hominis, & ipſe reſoluitur in terram unde factus eſt, tunc peribunt omnia conſilia eius.
Beatus ille eſt cuius auxilium eſt Deus Iacob, & cui ſpes ſita eſt in DOMINO Deo ſuo.
Qui fecit cœlum & terram, mare, & quicquid in eis eſt, qui fidem ſeruat in æternum.
Qui iudicat pro patientibus iniuriam, qui dat eſcam eſurientibus, DOMINVS ſoluit uinctos.
DOMINVS viſum tribuit cæcis, DOMINVS erigit proſtratos, DOMINVS diligit iuſtos.

DOMINVS custodit peregrinos & pupillos, sustentat uiduas, & uiam impiorum subuertit.

DOMINVS est Rex in æternum, est Deus tuus ô Zion perpetuo. Hale luia.

Psalmus 147.

LAVDATE DOMINVM, quoniam bonum est psallere Deo nostro, talis laus iucũda est & decora.

DOMINVS ædificat Ierusalem, & congregat abiectos Israel.

Sanat confractos corde, & medetur do loribus eorum.

Numerat stellas, & nominat omnes sus is nominibus.

Magnus est DOMINVS noster & ma gna potentia eius, incompræhensi bilis est sapiens administratio eius.

DOMINVS erigit afflictos, & deijcit impios ad terram.

Alternis canite DOMINO cum gra tiarum actione, psallite Deo nostro citharis.

Qui

Qui tegit cœlum nubibus, & parat ter ræ pluuiam, qui producit herbam in montibus.

Qui dat animantibus escam ipsorum, pullis coruorum inuocantibus eum.

Non magnifacit fortitudinem equi, nec delectatur cruribus robustorum.

DOMINVS delectatur timentibus se, qui sperant in misericordiam eius.

LAuda Ierusalem DOMINVM, lauda Deum tuum Zion.

Quoniam ipse confirmat uectes porta rum tuarum, benedicit filijs tuis in te.

Curat finibus tuis pacem, medulla tri tici saciat te.

Emittit eloquium suum terræ, uelociter currit sermo eius.

Dat niuem sicut lanam, pruinam sicut cinerem spargit.

Proijcit grandineam glaciem sicut buc cellas, coram frigore eius quis sub sistet?

Rursus uerbo suo liquefacit ea, spirare facit uentum suum & fluunt aquæ.

Annun

Annunciat uerba sua Iacob, Israeli sta
tuta & iura sua.
Non fecit similiter ullis gentibus, ne
iura sua manifestauit eis. Haleluia.

Psalmus 148.

HALELVIA.

LAVDATE DOMINVM uos
cœli, laudate eum in excelsis.
Laudate eum uos uniuersi angeli eius,
laudate eum uos uniuersi exercitus
eius.
Laudate eum Sol & Luna, laudate eu
stellæ lucentes.
Laudate eum uos cœli circumquaq;, &
aquæ super cœlos.
Hæc laudent nomen DOMINI, quia
ipse iubet & creantur.
Continet ea perpetuo & in æternum,
ordineat ea ne aliter eant.
Laudate DOMINVM super terram,
uos cete & omnes abysi.
Ignis, grando, nix, uapor & procella,
quæ faciunt secundum uerbum eius.
Mon

Montes & omnes colles, arbores fru
ctiferæ & omnes cedri.
Bestiæ & uniuersa pecora, reptilia &
uolucres.
Vos reges terræ & omnes populi, prin
cipes & omnes iudices terræ.
Iuuenes & uirgines, senes cum paruu
lis.
Laudent nomen DOMINI, quia eius
Solius nomen excelsum est, laus ei
us implet cœlum & terram.
Et ipse exaltat cornu populi sui, lau
dent omnes sancti eius, filij Israel, po
pulus seruiens ipsi. Haleluia.

Psalmus 149.

HALELVIA.

CANTATE DOMINO canti
cum nouum, Ecclesia sanctorum
laudet.
Lætetur Israel de eo qui fecit ipsum, fi
lij Zion exultet de Rege suo.
Laudent nomen eius choro, tympanis
& citharis psallant ei.

Quia

Quia DOMINVS delectatur popul
suo, saluat afflictos cum gloria.
Exultent Sancti & glorificent, & præ
dicent in cubilibus suis.
Os eorum exaltet Deum, & gladios
acutos habeant in manibus suis.
Vt ulciscantur inter gentes, corripian
inter populos.
Reges eorum uinciant cathenis, & no
biles eorum compedibus ferreis.
Vt iudicium in eos exerceant de qu
scriptum est, hæc gloria erit omni
bus Sanctis eius. Haleluia.

Psalmus 150.

HALELVIA:

LAVDATE Deum in San
ctuario eius, laudate eum in firm
mamento fortitudinis eius.
Laudate eum ob fortia facta eius, lau
date eum propter magnam gloriam
eius.
Laudate eum tubis, laudate eum psal
terijs & citharis.

Laudate

Laudate eum in tymponis & choris,
laudate eum fidibus & fistulis.
Laudate eum cymbalis sonoris, lauda
te eum cymbalis bene sonantibus.
Omne quod spirat, laudet DOMI
NVM. Haleluia.

FINIS PSALTERII
Dauid

SEQVVNTVR CAN-
tica & insigniores loci ex
Prophetis,



OCOS IN-
tegros Prophetarum de Lege & pœniten-
tia, de timore, fide, & spe, de Euangelicis promissionibus & Christo, de oratione & cruce, de Magistratu & gubernatione de Hypocrisi iusticiariorum, mendacijs & homicidio eorum et de syncritate cre dentium & amplectentiũ uerbum Dei, Breuiter de omni doctrina Christiana offero tibi cum Dauidis Psalterio ut En-
chiridion quod perpetuo apud te por-
tes. Vt horum dulcedine captus, cupias integros uidere et intelligere Prophetas. Non enim rhapsodijs extra contextum raptis, forte etiam in alienã, ut fit, senten-
tiam, te uolui abducere a lectione scriptu-
ræ Spiritus sancti, sed potius reddito to-
to alicuius loci contextu te in eam indu-
cere, ita ut idem habeas de illo loco siue in hoc Enchiridio, siue in integris Pro-

phetarum libris legas, quâm uero hoc
prosit ad scripturæ intelligentiam & fidei
doctrinam non facile nunc dixero. De
libertate autem translationis, qua Luther
rum secutus, neglecta sæpe obscuritate
translatorum, clarissime & Latine red
dere uolui, quod per Christi gratiam in
telligo in Prophetis, hic idem uolo dict
quod ante dixi de interpretatione Psal
morum. Nam sæpe consulens sententiæ,
ne Lector alió rapiatur, plurale posui pro
singulari, ut Esaiæ. ix. lugum oneris eo
rum etc. ubi non de uno homine dicitur,
quo posset respicere lector, sed de popu
lo ambulante in tenebris. De uerborum
temporibus & subitis personarum muta
tionibus & reliquis Hebraismis quid at
tinet dicere? Quos Hebraismos sæpe
abstuli ut perspicua esset oratio. Quan
doq; uero non abstuli nec debui auferre.
Neq; enim ignoro in Magnificat, ex Gre
co legi, Exultauit, Præstitit uel fecit poten
tiam, Deposuit, exaltauit etc. et quod uul
go canimus. Qui tollis peccata mundi,
etcetera.

etcętera. Non postulo ut uel dicendo uel
cantando aliquid mutes, sed meis uerbis
& interpretatione admoneo qui tua con
sueta uerba intelligas. Versus quos feci
ex Prophetis, non sunt tales in Hę
bręo. Speraui autem hanc imi
tationem Psalmorum Da
uidis gratam fore lectori,
& simul per hoc prohi
bere uolui corrupto
res, qui prius bene
distincta, postea
misere uel lace
rant uel con
fundunt.

ALIA CANTICA:

CANTICVM MOSIS
Exod. xv.

Tunc cecinit Moses & filij Israel carmen hoc DOMINO & dixerunt.



CANTABO DOMINO, quoniam magnifice magnificata est, Equos & currus precipitauit in mare.

DOMINVS est fortitudo mea, & Psalmus meus, & salus mea.

Hic est Deus meus, hunc ornabo, est Deus patris mei, hunc exaltabo.

Ipse DOMINVS est uir pugnator, DOMINVS est nomen eius, currus Pharaonis & potentiam eius proiecit in mare.

Electi

Electi duces eius submersi sunt in mari rubro, abyssi operuerunt eos, cecide-runt in profundum ut lapis.

Dextera tua DOMINE potenter facit mirabilia magna, dextera tua DOMINE confregit inimicum.

Et gloria tua magna destruxisti aduersarios tuos, emisisti enim furorem tuum qui deuorauit eos ut stipulam.

A flatu tuo diuisæ sunt aquæ, steterunt cumulati, fluctus secesserunt a se abyssi in medio mari.

Dixit inimicus, persequar, comprehendam, distribuam spolia, satiabitur ita animus meus.

Euaginabo gladium meum, delebit eos manus mea.

At flauisti flatu tuo, et operuit eos mare, demersi sunt ut plumbum in aquis uehementibus.

DOMINE quis est similis tibi inter Deos? Quis est similis tibi potenti sancto, tremendo, uenerando, mirifico?

Extendisti dexteram tuam, & deuorauit eos terra.

Deduxísti populum hunc per misericor
diam tuam,quem redemísti, & duxí
sti eos per fortitudinem tuam ad ha
bitaculum sanctum tuum.

Vbi hæc audierunt populi contremue
runt,angustia apprehendit Philistęos.

Conturbati sunt Principes Edom,terror
apprędhendit potentes Moab,conster
nati sunt omnes habitatores Canaan.

Irruat super eos formido & pauor per
magnum brachium tuum, ut sint im
mobiles quasi lapis, donec pertranse
at populus tuus DOMINE,donec
pertranseat hic populus quem tibi ac
quisiuisti.

Introduc eos & planta eos in monte hæ
reditatis tuę,quem tibi DOMINE
habitaculum fecisti in Sanctuariũ tuũ
um Domine quod parauit manus tua

DOMINVS Rex erit, perpetuo & in
æternum, Nam Pharao ingredieba
tur in mare cum Equis, curribus &
Equitibus, & reduxit DOMINVS
super eos aquas maris.

Filij

Filij autem Israel ambulauerunt per sic
cum,in medio maris.

CANTICVM MOSIS,
Deuterono. xxxij.

Loquutus est Moses,audiente tota
Ecclesia Israel,uerba huius Can
tici usq; ad finem.

ATtendite cœli, ego loquar,audiat
terra uerba oris mei.

Stillet sicut pluuia doctrina mea,fluat ut
ros eloquium meum.

Sicut imber super gramen,& sicut stillæ
super herbas.

Quia nomen DOMINI prędicabo,Da
te gloriam soli Deo nostro.

Ipse est Petra, opera eius sunt integra,&
quicquid facit rectum est.

Deus ueritas est & absq; iniquitate, iu
stus & rectus.

Generatio peruersa & praua deficit ab
eo,maculæ sunt & non filij eius.

Hæccine reddis DOMINO, populе
stulte & insipiens.

Nonne ipse est Pater tuus & Dominus

tuus? Nonne ipse solus fecit & paraui uit te?

Memento dierum hactenus preteritorū attende quid fecerit patribus olim.

Interroga patrem tuum & annunciabit hoc tibi, seniores tuos & dicent tibi.

Quando separabat Altissimus gentes, quando per terras dispersit filios hominum.

Constituit Regiones populorum, iuxta numerum filiorum Israel.

Quoniam portio DOMINI est populus eius, Iacob est funiculus hæreditatis eius.

Inuenit eum in deserto, in loco arida solitudine ubi erat ululatus.

Duxit eum & dedit ei legem, & quasi pupillam oculi sui custodiuit eum.

Sicut Aquila educit pullos suos, & super eos uolitans expandit alas suas.

Ita ipse assumpsit eos, & portauit eos super alas suas.

DOMINVS solus duxit eum, & non erat apud eum Deus alienus.

Et fecit

Et fecit eum excelse uolare super terram, & nutriuit eum fructibus agrorum.

Et sugere fecit eum mel ex petra, oleum & ex saxis durissimis,

Butyrum ex vaccis, lac ex ouibus, cum adipe agnorum, arietum pinguium & Hircorum, qui pinguibus sunt renib⁹. & cum tritico.

Et potauit eum, pręcioso vuarum sanguine.

Incrassatus autem & saturatus lasciuiebat.

Impinguatus erat, crassus & robustus, & dereliquit Deum factorem suum.

Neglexit petram salutis suæ, & irritauit eum ad zelum per alienos.

Per abominationes ad iracundiam eum concitauit, immolauerunt Dæmonijs & non Deo.

Dijs quos non nouerunt, nouis qui ante non fuerunt, quos non coluerunt patres uestri.

Petram qui te genuit neglexisti, oblitus Dei creatoris tui.

Hoc uidit DOMINVS. & ad iracundiam concitatus est aduersus filios suos & filias suas.

Et dixit, Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo quid tandem euenîat ipsis, sunt enim generatio peruersa & infideles filij.

Ipsi me prouocauerunt ad zelum per illud quod non est Deus, suis uanis cultibus me irritauerunt.

Et ego uicissim prouocabo eos ad zelũ per illum qui non est populus, per gentem stultam irritabo eos.

Ignis enim succensus est in furore meo, & ardebit usq; ad infernum inferiorem, deuorabitq; terram cũ germine suo, et montiũ fundamenta succendet.

Cumulabo super eos mala, & omnes sagittas meas consumam in eos.

Exaresc ent fame, depascentur febri et peste subitanea, dentes bestiarũ immittam in eos & uenena serpentum.

Foris orbabit eos gladius, intus pauor, iuuenem simul & uirginẽ, lactentem cum uiro cano. Dicam,

Dicam, ubi sunt? Abolebo memoriam eorum inter homines.

Nisi iram inimicorum uererer, ne hoc sibi arrogarent hostes ipsorum & dicerent, manus nostra excelsa est, non fecit DOMINVS hæc omnia.

Nam populus est sine consilio & sine intelligentia, utinam sapientes essent & hæc intellígerent, uiderentq; quid tandem euenturum sit ipsis.

Qui fiet, ut unus aliquis fugaturus sit horum mille, et duo decem milia? Nonne ideo quod Petra ipsorum uendidit ipsos, et DOMINVS tradidit ipsos?

Non enim Petra nostra est ut Petra eorum, id quod iudicare possunt uel inimici nostri.

Vitis enim eorum est ex uite Sodomorum & ex agro Gomorrheorum, uuæ eorum fel sunt & botri amari.

Vinum eorum est uenenum draconum, & fel aspidum furentium.

An non hæc abscondita sunt apud me, & obsignata in thesauris meis?

Mea

Mea est ultio, ego retribuam, nutabit pes eorum statо tempore, quia prope est dies perditionis eorum, & festinant quæ euentura sunt eis.

Quia iudicabit DOMINVS populum suum, & seruis suis miserebitur.

Attendet enim quod penitus succubuerunt, & quod neq; custodita neq; neglecta superstant.

Tunc dicetur, ubi sunt Dij eorum? Vbi est Petra eorum cui fidebant?

De quorum sacrificijs comedebant adipem, & bibebant uinum de libamine eorum, Surgant & opitulentur uobis & protegant uos.

Videtis nunc quod ego solus sum, et non est alius Deus mecum?

Ego possum occidere & uiuificare, percutere & sanare, & nullus est qui ex manu mea eruat.

Leuabo enim in cœlum manum meam, & dicam, Ego uiuo in æternum.

Cum acuero fulgur gladij mei, & arripuerit manus mea iudicium, uindicabo in hostes

in hostes meos & uicem reddam ijs qui me oderunt.

Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus uorabit carnes, de sanguine occisorum, de captiuitate, & de nudato capite inimici.

Iubilate uos gentes quæ estis populus eius, quia sanguinem Seruorum suorū ipse ulciscetur, & uindicabit in hostes suos, et propitius erit terræ populi sui.

CANTICVM HANNAE

i. Samuelis. ij.

Orauit Hanna, & ait:

EXultat cor meum in DOMINO, exaltatum est cornu meum in DOMINO, dilatatum est os meum super inimicos meos, quia gaudeo de salute tua.

Nullus est sanctus ut est DOMINVS, nullus est præter te, neq; est ulla fiducia ut est Deus noster.

Nolite multa iactare glorioſe, non sint in ore uestro illa iactata uetera, quia

DOMI-

DOMINVS est Deꝰ hoc attendens qui non sinit succedere tales conatus.
Arcus fortium fractus est, & infirmi accincti sunt fortitudine.
Qui prius saturi erant uenditi sunt propanibus accipiendis, & famelici ante iam non esuriunt.
Donec sterilis peperit septem, & defecit quæ multos habebat filios.
DOMINVS mortificat & uiuificat, abducit ad inferos & reducit.
DOMINVS pauperem facit & ditat, deijcit & exaltat.
Erigit ex puluere egenum, & exaltat ex stercore pauperem, ut collocet eum inter Principes, & solium gloriæ faciat eum hæreditare.
DOMINI enim sunt termini mundi, & posuit super eos orbem terrarum.
Pedes Sanctorum suorum conseruabit, impij autem in tenebris silebunt, quia nemo suis uiribus aliquid potest.
Qui rixantur aduersus DOMINVM, conterent̃, super eos in cœlis tonabit, DOMI-

DOMINVS iudicabit terminos mundi, & dabit fortitudinem Regi suo, & exaltabit cornu Christi sui.

FIDVCIA ET VICTORia Dauid, contra Goliath. i. Samuelis. xvij.

DIXIT DAVID.

DOMINVS qui eripuit me a Leone & Vrso, eripiet me etiam ab hoc Philistæo.
Et Saul dixit Dauidi, uade, DOMINVS sit tecum.
Videns autem & contemplatus Philistęus Dauidem, contempsit eũ, erat enim adolescẽs fusca et decora facie, et dixit:
Nunquid ego sum canis quod baculo uenis ad me? Et maledixit Dauidi per Deum suum, & ait.
Veni ad me, dabo carnem tuam uolucribus sub cœlo, & bestijs agri.
Dauid autem dixit ad eum, tu uenis ad me cum gladio, lancea & clypeo:
Ego autem uenio ad te in nomine DOMINI Zebaoth qui est Deus castrorum Israel quæ tu blasphemasti.

Hodie

Hodie tradet te DOMINVS in manu meam, ut percutiam te & auferam a te caput tuum.

Et tradam cadauer agminis Philisteorum hodie, uolucribus sub cœlo & bestiis terræ.

Vt cognoscat omnis terra quod est Deus in Israel, & sciat tota hæc Ecclesia quod non per gladium aut hastam salvat DOMINVS.

Quoniam DOMINI est prælium, is tradet uos in manus nostras.

Laus Dauid, de ipsius Prophetia & Regno æterno in Christo.

ij. Samuelis, xxiij.

Hæc sunt uerba nouissima Dauidis, dixit Dauid filius Isai, dixit uir certificatus de Messia Dei Iacob, & iucundus psaltes pro Israel.

Spiritus DOMINI locutus est per me, & factus est sermo eius per linguam meam.

Deus

Deus Israel locutus est mihi, Fiducia Israel promisit mihi.

Dominator iustus inter homines, dominator in timore Dei,

Sicut lux matutina cum sol oritur mane absq; nubibus, & quando a splendore post pluuiã herba ex terra germinat.

Non sic est coram Deo mea dom⁹, nam pactum Aeternum iniit mecum, omnibus modis certum & stabile.

Quoniam omnis mea salus & omne studium nihil sunt.

Belial autem homines, ut spinæ, in uniuersum funditus extirpabuntur, ita, ut nihil inde retineatur.

Et qui eas inuaserint, illi ferro & lanceis armati penitus perdent eas, ut in suo throno igni comburantur.

ORATIO IOSAPHAT REgis Iuda. 2. Paral. 20.

Stetit Iosaphat in medio cœtu Iuda & Ieruſalem in domo DOMINI ante atrium nouum, & ait.

DOMINE Deus patrum nostrorū nonne tu es Deus in cęlo & Dominator in omnibus regnis gentium?
In manu tua est fortitudo & potentia, & nemo est qui tibi resistere possit.
An non tu Deus noster expulisti habitatores huius terrę coram populo tuo Israel, & dedisti hanc semini Abrahæ amici tui in æternum?
Et habitauerunt in ea, atq; ædificauerunt in ea Sanctuarium nomini tuo, & dixerunt.
Si irruerint super nos mala, gladius, iudicium, pestis, aut fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo.
Tuum enim nomen est in domo hac, & clamabimus ad te in tribulatione nostra, & tu exaudies opemq; feres.
Nunc ecce filij Ammon, Moab & qui sunt ex montanis Seir, a quibus ex pugnandis prohibuisti filios Israel ex Aegypto egredientes, ut declinarent ab eis & non eos delerent:
Egregie uero reddunt nobis uicem, uenientes

nientes ut extrudāt nos ex hęreditate tua, quā nobis possidendā tradidisti.
Deus noster, an non iudicabis eos?
Non est enim in nobis fortitudo, contra tantam multitudinem, quæ uenit contra nos.
Ignoramus quid agere debeamus, sed oculi nostri respiciunt ad te.

EX ESAIA.

PROPHETIA DE CHRISTI Ecclesia, domina omnium, a Iudæa incipiente. Esa. 2.

Hoc est quod uidit Iesaia filius Amoz de Iuda & Ierusalem.

IN NOVISSIMO tępore Mons ubi domus DOMINI est, stabilitus erit excelsior omnibus montib⁹, & exaltabitur super omnes colles.

Et fluent ad eum omnes gentes, ibuntq; eò populi multi, & dicent.
Venite ascendamus in montem DOMINI, ad domum Dei Iacob.
Vt doceat nos vias suas, & nos ambulemus in semitis eius.
De Zion enim exibit Lex, & Verbum DOMINI de Ierusalem.
Et ipse iudicabit inter gentes, & arguet populos multos.
Tunc mutabunt gladios suos in ligones, & lanceas suas in falces.
Non enim leuabit populus contra populum gladium, nec discent ultra prœliari.
Vos qui estis de domo Iacob uenite, ambulemus in lumine DOMINI.
Sed tu deseruisti, populum tuum domum Iacob.

PROMISSIO DE RELIQVIIS seruatis. Esa. 4.

IN die illa erit Germen DOMINI carum & pretiosum, & fructus terræ præclarus & gloriosus apud eos, qui

qui seruati fuerint de Israel.
Et qui residuus manserit in Zion & Ierusalem Sanctus uocabitur, uidelicet omnis qui scriptus est inter uiuentes in Ierusalem.
Tunc abluet DOMINVS sordes filiarum Zion, & sanguines Ierusalem eiiciet ex medio eius, per spiritum iudicantem & inflammantem.
Et super omnem habitationem montis Zion, & ubicunq; ipsa congregata fuerit, creabit DOMINVS interdiu nubem & fumum, & splendorem ignis flammantis per noctem.
Superne enim super omnem Gloriam erit protectio, & erit umbraculum, ut sit umbra contra æstum per diem, refugiumq; & absconsio a tempestate & pluuia.

GLORIA CHRISTI VISA: Esa. 6.

Anno quo moriebatur Rex Vsia:
Io. 12. Hæc dixit Iesaia quando uidit gloriam Christi.

VIDI DOMINVM sedentem super solium excelsum & exaltatum, & fimbriæ eius replebant templum.
Seraphim stabant super illud, eranrq; singulis sex alę, duabus quisq; tegebat faciem suam, duabus tegebat pedes suos, & duabus uolabat.
Et alius ad alium clamabat dicens, Sanctus, Sanctus, Sanctus est DOMINVS Zebaoth, Plena est omnis terra Gloria eius.
Et commouebantur superliminaria postium a uoce clamoris, & domus impleta est fumo.

FRVSTRA REX SYRIAE & Rex Israel uolunt deturbare solio posteritatem Dauidis in regno Iuda. Ex hac enim familia Virgo pregnans pariet Immanuelem, per quem regnum & solium Dauidis est æternum. Esa. 7.

LOCVTVS est iterum DOMINVS ad Ahas dicens, Pete tibi signum

signum a DOMINO Deo tuo siue infra in inferno, siue supra in cęlo.
Ahas autem dixit, Non petam, ne tentem DOMINVM.
Tunc ait Audite ergo Vos qui estis ex domo Dauid, an non satis uobis est molestare homines, ut molestetis etiam Deum meum?
Propterea Ipsemet DOMINVS dabit Vobis Signum. Ecce Virgo quę Pregnans est Pariet Filium, & Ipsa uocabit nomen eius ImmanuEl.
Butyrum & mel comedet Ipse, ut sciat reprobare malum & eligere bonum.

IRRIDET DEVS ADVERsarios populi sui, & increpat incredulos in pupulo suo, quòd humano auxilio confidentes Deum in suo uerbo neq; timent, neq; sanctificant. Esa. 8.

PARATE malum uos populi, & tamen terga date, nunquid hoc auditis qui estis in terra longinqua? ac-

cingite uos in prælium, ettamen terga date.

Eia accingite uos, ettamẽ terga date, cõsulite & nihil fiet, persuadete uobis & nihil erit, quia hic est ImmanuEl.

Sic enim dicit DOMINVS ad me, quasi manu me tenens & erudiens me, ne uadã in uia huius populi, & ait, Non dicatis, Conspiratio, hic populus nihil dicit nisi Conspiratio.

Nolite uos ita timere ut illi, neq; pauete, DOMINVM Zebaoth sanctificate, ipse sit uester timor & pauor, & erit Ipse Sanctificatio.

Lapis autem offendiculi & petra in scandali duabus domibus Israel, in laqueũ & casum ciuibus Ierusalem, ut multi eò impingant, cadant, conterantur, irretiantur & capiantur.

Liga Testimonium, obsigna Legem in discipulis Meis, quia Ego spero in DOMINVM qui abscondit faciem suam a domo Iacob, Ego autem expecto eum.

Ecce

Ecce hic Ego sum & Pueri, quos dedit mihi DOMINVS in signum & portentum in Israel a DOMINO Zebaoth, qui habitat in monte Zion.

Cum ergo dixerint ad uos, Interrogate diuinos & signorum interpretes qui multa garriunt & disputant, dicite.

Nonne populus debet interrogare Deum suum? scilicet mortui pro uiui interrogandi sunt? ad Legem potius & Testimonium est respiciendum.

Si non ita dixerint, non erit eis lux auroræ, sed obambulabunt terram grauiter percussi & esurientes.

Esurientes aũt in ira sua maledicent Regi suo & Deo suo, & siue sursum siue ad terrã deorsum aspexerint nihil inuenient, nisi angustiam & tenebras.

Fatigati enim sunt in angustia & errant in tenebris.

EVANGELIVM VENIT perditis & seductis. Esa. 9.

Maiores fatigationes erunt in angustia ipsorum, quàm ante fuerunt, quan-

do leuiora passi sunt in terra Sebulon & in terra Naphthali, & postea etiam grauiora ad uiam maris trans Iordanem in Galilæa gentium.

POPVLVS qui ambulat in tenebris uidet lucem magnam, affulget lux habitantibus in regione tenebrosa.

Multiplicas gentes, sed hinc non multiplicas lætitiam.

Tamen coram te lætabuntur, sicut homines lætantur in messe, sicut exultant qui diuidunt spolia.

Iugum enim oneris eorum, & uirgam humeri eorum, & baculum exactoris eorum tu confregisti, sicut in tempore Midian.

Nam omne tumultuosum bellum & uestimentum fœdatum sanguine, comburetur & ab igne deuorabitur.

Paruulus enim natus est Nobis, Filius datus est Nobis, & Principatus eius est super humerum ipsius.

Et uocatur Admirabilis, Consiliarius, Fortis

Fortitudo, Gigas, Perpetuo pater, Princeps pacis.

Vt multiplicetur eius Principatus, & pacis non sit finis super solum Dauid & super regnum eius.

Vt præparet illud & stabiliat iudicio & iustitia, ex hoc tempore usq; in æternum.

Zelus DOMINI exercituum faciet hoc.

CHRISTVS ET REGNVM eius spirituale. Esa 11.

EGREDIETVR uirga ex stirpe Isai, & surculus ex radicibus eius fructificabit.

Super eum requiescet spiritus DOMINI, spiritus sapientiæ & intelligentiæ, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & timoris DOMINI.

Et fragrantia eius erit in timore DOMINI, Non iudicabit secundum uisionem oculorum suorum, nec arguet secundum auditum aurium.

Sed

Sed iudicabit iusticia pauperes, & ar
guet æquitate afflictos in terra.
Et baculo oris sui percutiet terram, &
spiritu labiorum suorum interficiet
impium.
Iusticia erit cingulum lumborum eius,
& fides, cingulum renum eius.
Habitabunt lupi apud agnos, & pardus
cum hœdis accubabit.
Puer paruulus minabit simul uitulos,
leunculos & altilia pecora.
Vaccæ & Vrsi pascentur, ita ut simul
accubent pulli eorum, Leones ut bo
ues edent paleas.
Et delectabitur lactens adhuc infans
lus ad antrum aspidis, & ablactatus
mittet manum suam in latibulum
basiliſci.
Nusquam nocebitur aut perditio erit
in toto monte sancto meo.
Quia repleta est terra cognitione DO
MINI, operta ceu per aquam ma
ris.
Et fiet tunc ut gentes quærant radicem
Isai,

Isai, quæ stans vexillum est populo
rum, & Requies eius erit Gloria.
In illo tempore extendet secundo Do
minus manum suam, vt possideat re
liquias populi sui.
Quæ reliquiæ sunt & ipsis Assyrijs, Ae
gypto, Phatros, Aethiopia, Elamitis,
Sinear, Hamat & ex insulis maris.
Et leuabit uexillum inter gentes, & col
liget profugos Israel, & dispersos
Iuda congregabit ex quatuor plagis
terræ.

CANTICVM DE NOVA gratia, per Christum abolita lege. Esa. 12.

In illo tempore dicens:

GRATIAS ago tibi DOMINE,
quoniam postq̃ iratus fuisti mi
hi, auersa est ira tua & consolaris me.
Ecce Deus est salus mea, confido, nihil
timeo.
Nam Deus DOMINVS est fortitudo
mea, psalmus meus & salus mea.

Haurietis

Haurietis aquas cum gaudio ex fontibus salutis.

Et tunc dicetis, Gratias agite DOMINO & prædicate nomen eius.

Nota facite in populis opera Eius, memento te quàm excelsum sit nomen eius.

Psallite DOMINO, quoniam magnifice egit, diuulgetur hoc in omnibus terris.

Iubila & gloriare habitatrix Zion, quia magnus est in medio tui Sanctus Israelis.

ECCLESIA CHRISTI VNA Iudeorum & gentium.

Esa. 19.

Post uastatam miserrime Aegyptum.

IN tempore illo, erunt quinq; ciuitates in Aegypto loquētes lingua Chanaan, & iurantes per DOMINVM Zebaoth, Ir Heres uocabitur una.

Tunc erit altare DOMINI Zebaoth in medio Aegypti, & Titulus DOMINI in terminis eius, qui erit signum &

& testimonium DOMINO Zebaoth in terra Aegypti.

Clamabunt enim ad DOMINVM propter tribulantes, & mittet eis Saluatorem & Magistrū qui liberet eos.

Quia notus erit DOMINVS Apyptijs, & cognoscent in tempore illo Aegyptij DOMINVM.

Et colent eum sacrificio & oblatione, & uota DOMINO vouebunt & reddent.

Et percutiet DOMINVS Aegyptum plaga et sanabit eam.

Conuertentur enim ad DOMINVM, et ipse exoratus ab eis sanabit eos.

Tunc erit aperta uia ab Aegypto in Assyriam, ut transeant Assyrij in Aegyptum & Aegyptij ad Assyrios, & simul Aegyptij cum Assyrijs colent Deum.

Tunc Israel erit tertius, uidelicet adiunctus Aegyptijs & Assyrijs, per Benedictionem quæ erit super terram.

Nam DOMINVS exercituum, benedicet

benedicet eis & dicet.
Benedictus sis tu populus Aegypti populus meus, & tu Assur opus manuum mearum, & tu Israel hæreditas mea.

LAVS RELIQVIARVM saluatarum. Esa. 25.

DOMINE tu es Deus meus, te prædico, gratias ago nomini tuo.
Tu enim facis mirabilia, consilia tua antiqua sunt fidelia & uera.
Quia facis ciuitatem aceruum lapidum, urbem munitam ut sit ruina.
Palatium alienorum vt non sit posthac ciuitas, & in æternum non reædificetur.
Ideo glorificat te populus potens, ciuitates gentium robustarum timent te.
Quia tu es fortitudo fragilium, robur pauperum in tribulatione ipsorum.
Protectio a tempestate, vmbraculum contra æstum, quando Tyranni sæuiunt, ut tempestas in parietem.

Tu deijcis tumultum alienorum sicut æstus in arido loco.
Vt æstus palmitem Tyrannorum exurat, & tamen nubes umbram reddat.
Et faciet DOMINVS Zebaoth omnibus populis in hoc monte conuiuium ex pinguibus, conuiuium ex mero, ex pinguedine, ex medulla & uino defecato.
Et abolebit in monte hoc inuolucrum quo inuoluti sunt omnes homines, & operimentum, quo opertæ sunt omnes gentes.
Mortem enim absorbebit in æternum, & absterget dominator DOMINVS lachrymas ab omni facie.
Et opprobrium populi sui auferet in omnibus terris, quia DOMINVS locutus est.
Tunc dicetur, Ecce, iste est Deus noster, quem expectamus, ipse saluabit nos.
Iste est DOMINVS, Eum expectamus, ut exultemus et lętemur in salute eius.
Manus enim DOMINI requiescit in hoc monte.

Moab autem triturabitur sub eo sicut tri
turantur paleæ,& erit sicut lutum.
Et expandet DOMINVS manus sua
inter eos,sicut expandit natans ad na
tandum.
Et brachijs manuum suarum humiliabi
gloriam eorum, excelsam munitio
nem murorum uestrorum incuruā
bit, deijciet & ad terram in puluerem
prosternet.

CANTICVM SANCTAE Ieruſalem uaſtata impia Ieruſalem.

ESAIAE. xxvi.

In illo tempore tale cantícum
cantabitur in terra Iuda.

VRbs fortis est nobis, muri & pro
pugnacula eius sunt salus.
Aperite portas,ut ingrediatur Gens iu
sta,conseruans fidem.
Perpetuo tu seruas pacem secundum uo
rax consilium,quia in te speratur.
Ideo sperate in DOMINVM in eter
num,quia Deus DOMINVS est Pe
tra perpetuo.

Ipse incuruat habitantes in excelso, ciui
tatem exaltatam humiliat & ad ter
ram in puluerem prosternit.
Vt conculcetur pedibus nimirum pedi
bus pauperū,& gressibus despectorū.
Via autem iustorum plana est, semitam
iustorum tu rectificas.
DOMINE nos expectamus te in uia
Iuris tui, desiderium cordis tendit ad
nomen tuū & tui commemorationē.
Ex corde desidero te nocte, & præterea
euigilo ad te spíritu meo interiore.
Vbi enim tua Iura fuerint in terra,di
scent habitatores orbis Iusticiam.
Impij autem etiam quando gratia ,pmit
titur ipsis,tamen nō discunt Iusticiam.
Sed faciūt iniqua in terra rectificata,quia
non uident Gloriam DOMINI.
DOMINE, manus tua exaltata est, hoc
nō uident,cū autem uiderint, confun
dentur zelo contra gentes, & tu ignis
deuorante hostes tuos, absumes eos.
Nobis autem DOMINE curabis pa
cem,nam quicquid efficimus,tu nobis
dedisti.

DOMINE Deus noſter, alij quidem
domini dominantur nobis præter te,
attamen nos recordamur tantum tui
& nominis tui.
Mortui non manent in uita, defuncti non
reſurgunt.
Viſitaſti enim eos & deleſti, & aboleuiſ
ſti omnem memoriam eorum.
Inter gentes autem pergis DOMINE,
pergis inter gentes, oſtendis Gloriam
tuam & pergis longius uſq; ad omnes
fines terræ.
In anguſtia quærunt te DOMINE,
quando caſtigas eos anxie clamant.
Vt parturiens proxima partui, quæ an-
xia clamat in dolore, ſic fumus coram
te DOMINE.
Et nos parturimus anxijq; ſumus, ita ut
uix ſpiremus.
Nec tamen ſaluare terram poſsumus, ne-
q; cadere uolunt habitatores orbis.
Mortui autem Tui uiuent, & cum cor-
poribus reſurgent.
Euigilate & gloriamini qui iacetis ſub
terra

terra, quia ros tuus eſt ros florentis a-
gri, terram autem mortuorum detur-
babis.
Vade populus meus in cubicula tua, &
claude poſt te oſtia tua, abſcondere
uel ad momentum, donec pertranſeat
ira.
Ecce enim, DOMINVS egredietur
de loco ſuo, ut uiſitet iniquitatem ha-
bitantium in terra contra ipſos, ut re-
uelet terra ſanguinem eorũ, nec poſt-
hac abſcondat eos qui ſuper ipſam in-
terfecti ſunt.

EXCAECATIO IMPIORum per traditiones humanas contra Euangelium. Pauperes autem Euangelizantur. Eſaiæ. xxix.

STupidi ſitis & attoniti, excæcate uos
& inebriamini, ſed non a Vino, uaci-
llate, ſed non a ſicera.
DOMINVS enim miſcuit uobis bibendum ſpiritum grauis ſomni, & clauſit oculos ueſtros.

Vestros Prophetas & Principes & uidentes uisiones excæcauit,ut fit uobis omnium Prophetarum uisio,sicut uerba Libri obsignati.

Quem si das scienti legere & dicis, Lege hoc, respondebit ille, Non possum, quia obsignatus est.

Aut si das nescienti legere, & dicis,Lege hoc,respondebit ille,non noui literas.

Et dicit DOMINVS,Quia hic populus appropinquat mihi ore suo, & honorat me labijs suis, cor autem eorum longe est a me, siquidem Timent me ex mandatis hominum quæ docent.

Ecce ego pergam terribiliter agere contra populum hunc, horrende & mirabiliter.

Vt pereat sapientia sapientum eius,et intelligentia prudentium eius obscuretur.

Vę illis,qui absconditi esse uolunt a DOMINO, ut occultent studia sua,& operа sua in tenebris,et dicunt, quis uidet nos? Aut quis nouit nos? O quã subuersi estis.

Perinde atque si argilla figuli sentiret,& opus aliquod diceret de artifice suo, Non fecit ipse me, & figmentum diceret de figulo suo, Non nouit ipse me.

Certe post paululum Libanus mutabitur in campum,& campus sylua reputabitur.

Tunc enim surdi audient uerba Libri,& ex obscuritate & tenebris uidebunt oculi cæcorum.

Et afflictis redibit gaudium in DOMINO,& pauperes inter homines gaudebunt in Sancto Israelis.

Cum Tyranni perierint, & illusores finem habuerint.

Cum deleti fuerint omnes qui uigilant ad affligendũ,facientes homines peccare per prędicationem, persequentes arguentem in porta, declinantes a iusto per mendacium.

Ideo hæc dicit DOMINVS redemptor Abraham domui Iacob, Non confundetur ultra Iacob, & facies eius post hac non erubescet;

Cum enim uiderint filios suos opera m
nuum mearum in medio sui, sanctifi
cabunt nomen meum.
Et sanctificabunt Sanctum in Iacob, &
Deum Israelis timebunt.
Qui enim sunt errante spiritu intelligen
tiam suscipient, & uaniloqui admit
tent doctrinam.

RESIPISCENTIBVS PRO mittit corporalia & uerbum.

Esaiæ. xxx.

PRopterea expectat DOMINVS
ut sit uobis propicius, exurgit ut
uestri misereatur.
Quia DOMINVS est Deus iudici
Beati omnes qui expectant eum.
Populus enim Zion habitabit in Ierusa
lem, & tu non plorabis.
Certo miserebitur tui cum clamaueris,
respondebit tibi mox ut audierit.
Et dabit uobis DOMINVS in tribula
tione panem, & in angustia aquam.
Doctorem enim tuum non faciet rur
sum

sum auolare a te, sed oculi tui uidebũt
Doctorem tuum, & aures tuæ audi
ent uerbum a tergo dicens.
Hæc est uia, ambulate in ea, & non exite
neq; ad dextram neq; ad sinistram.
Tunc prophanabitis uestros deargenta
tos Deos, & auro textas uestes scul
ptilium uestrorum, et eijcietis ea ut im
mundiciam, dicentes, Exi.
Tunc dabit pluuiam semini tuo, quod se
minasti in agro tuo, & panem ex agri
prouentu copia magna.
Tunc pecora tua pascentur in pratis am
plissimis, Boues cum pullis colentes
agrum edent frumentum mixtum,
quod uentilabro & uanno syncere
uentilatum est.
Et erunt diuisa flumina aquarum super
omnem montem excelsum & super
omnem collem eleuatum, in tempore
quando erit maxima cædes, quando
turres cadent.
Et lux Lunæ erit ut lux Solis, & lux solis
septuplo clarior erit atq; nunc est.

Cum DOMINVS alligauerit contra-
ctionem populi sui, & vulnera eius sa-
nauerit.

ABIECTIS INCREDVLIS

Ecclesia ex reliquijs est Regnum Chri-
sti, in speciem desertum, sed in spiri-
tu glorioſissimum. Esaiæ. xxxv.

LAEtabitur desertum & inuium, &
ridebit solitudo, & florebit sicut
lilia.

Florebit & læta erit, cum omni amæni-
tate & gaudio.

Gloria enim Libani data est ei, decor
Charmeli & Saron.

Ipsi uident gloriam DOMINI, decorem
Dei nostri.

Confortate manus remissas, reficite nu-
tantia genua.

Dicite pusillanimis, Confidite, nolite ti-
mere.

Ecce uester Deus uenit ut uindicet, De-
qui retribuit uenit ut saluet uos.

Tunc aperientur oculi cæcorum, & au-
res surdorum patebunt.

Tunc

Tunc claudus exiliet ut Ceruus, & psal-
let lingua mutorum.

Quia passim fluent aquæ in deserto, &
in solitudine flumina.

In aridis locis erunt torrentes, & in terra
sicca fontes aquarum.

Vbi Serpentes ante cubabant, erit fœ-
num, arundo & iuncus.

Et erit ibi semita & uia quæ uocabitur
uia sancta, ut non transeat per eam
immundus.

Et hæc erit pro ipsis, ut transeant per e-
am, ut ne stulti quidem illic errare
possint.

Non erit ibi Leo, nec transibit per e-
am sæua bestia, immo ne inuenietur
quidem ibi. Secure ambulabitur per
eam.

Redempti DOMINI reuertentur,
& uenient in Zion cum iubilo, gau-
dium æternum erit super capita eo-
rum.

Lætitiam & exultationem apprehen-
dent, & fugient dolor & gemitus.

CAN-

CANTICVM EZECHIAE ESAIAE. xxxviij.

SCRIPTVRA Hiskia Regis Iudæ postquam ægrotasset & conualuisset de ægritudine sua.

EGO dixi, Nunc uadam ad portas inferorum, quando finis erat dierum meorum, postquam imprudens speraueram longiorem uitam.

Dixi, Non uidebo posthac DOMINVM, DOMINVM, inquam, in terra uiuentium, non ultra aspiciam homines apud eos qui hic suum tempus uiuunt.

Tempus meum abijt & translatum est a me, uelut tentorium aliquod pastoris, præcido uelut textor uitam meam.

Ipse exhaurit me penitus, tu per diem ante te uesperam finis me.

Sperabam uiuere usq; ad mane, sed ipse quasi Leo confregit omnia ossa mea. Tu enim per diem ante uesperam finis me.

Sicut Grus & Hirundo garriebam, gemebam ut Columba, deficere cœperant oculi mei, DOMINE uim patior, mitius age mecum.

O quam gloriabor quòd promisit mihi & præstat.

Ego exhorrescam quã diu uixero, istam amaritudinem animæ meæ.

Domine per hæc uiuitur, & in talibus est omnino uita spiritus mei, dormire enim me feceras & uiuificasti me.

Ecce, pro consolatione ualde anxius eram, sed tu solicite suscepisti animam meam ut non periret, projcis enim post tergum tuum omnia peccata mea

Quia non agit infernus tibi gratias, neq; mors gloriatur de te, non expectant ueritatem tuam, quotquot descendũt in foueam.

Sed solum uiuentes laudant te, sicut & ego hodie, pater filijs notam faciet ueritatem tuam.

DOMINE salua me, & psallemus canticа mea donec uixerimus in domo DOMINI. Euan-

EVANGELIVM ET REgnum Messiæ a prædicatione Ioannis Baptistæ, Esaiæ. xl.

CONsolamini, Consolamini populi Meum, dicit Deus uester.
Loquimini ad cor Ierusalem & prædicate ei, quod finita est militia eius, remissa est enim iniquitas eius.
Quia suscepit duplicia ex manu DOMINI, pro omnibus peccatis suis.
Vox est Prædicatoris in deserto, Parate uiam DOMINO, planam facite in solitudine semitam Deo nostro.
Omnis uallis exaltabitur, et omnis mons & collis humiliabuntur.
Quod inæquale est erit planum, & gibbosa loca uertentur in planiciem.
Quia Gloria DOMINI reuelabitur, & simul omnis caro uidebit Os DOMINI loqui.
Vox dicit, Prædica, Et dixi, Quid prædicabo?
Omnis caro fœnum est, & omnis bonitas eius est sicut flos agri.

Exaresçit fœnum et decidit flos, quia spiritus DOMINI sufflat in ipsum.
Certe fœnum est populus, exaresçit fœnum & decidit flos, Verbum autem Dei nostri manet inæternum.

TV Zion Prædicatrix ascende super montem excelsum.
Tu Ierusalem Prædicatrix exalta fortiter uocem tuam, exalta & noli timere.
Dic ciuitatibus Iuda, ecce hic est Deus uester.
Quia ecce dominator DOMINVS cum potentia uenit, & Brachium eius dominabitur.
Ecce merces eius apud ipsum est, & retributio eius coram ipso.
Sicut pastor gregem suum pascet, in brachia sua congregabit agnos, & in sinu suo portabit, fœtas etiam oues ipse ducet.

DOMINVS dat lassis fortitudinem, & impotentibus multiplicat robur.

Nam

Nam adoleſcentes fatigantur & defici
unt, & iuuenes cadunt.
Qui autem DOMINVM expectan
nouam accipient fortitudinem, ut eu
hantur alis ſicut aquilæ
Vt currant & non fatigentur, ambulen
& non deficiant.

CHRISTVS EST SERVVS

Dei, quia attulit nobis uerbum Patris
& ſubiuit pœnam noſtram

ESAIAE. xlij.

ECCE hic eſt Seruus meus, Ego con
firmo eum.
Hic eſt electus meus, in quo bene com
placitum eſt animæ meæ.
Dedi ei ſpiritum meum Ius proferet gen
tibus.
Non contendet, neq; clamabit, neq; au
dietur uox eius in plateis.
Arundinē comminutam nō confringet,
& linum fumigans non extinguet, do
cebit ſeruare Ius in ueritate. Non

Non erit turbidus aut terribilis, ut ſta
tuat Ius ſuper terram. Et inſulæ le
gem eius expectabunt.
Hæc dicit Deus DOMINVS, qui cre
at & expandit cœlum, qui facit ter
ram & germina eius.
Qui populo qui eſt ſuper eam dat flatū,
& ſpiritum qui tranſeunt ſuper eam.
Ego DOMINVS uocaui te in Iuſticia,
& apprehendi manum tuam & cu
ſtodiui te.
Et poſui te fędus populi, ac lucē gentiū.
Vt aperias oculos cæcorum, & educas
ex captiuitate vinctos, & ex carcere
ſedentes in tenebris.
Ego DOMINVS, Hoc eſt nomen me
um, Et Gloriam meam alij non dabo,
nec laudem meam idolis.
Ecce quod futurum eſt prædico, & no
ua prænuncio, quæ antequam oriun
tur facio uos audire.

CONSOLATIO RELIQVIA-

rum contra ſcandalum pauci
tatis. Eſa. 43.

Et nunc dicit DOMINVS, creator tu
us Iacob, & formator tuus Israel.

NOLI timere, quia Ego redemi te
vocaui te nomine tuo, Meus es tu
Si transieris per aquam tecum ero, &
flumina submergant te.
Et si transieris in ipsum ignem non ar
debis, & flamma non incendet te.
Ego enim DOMINVS Deus tuus
Sanctus Israelis, sum Saluator tuus.
Dedi Aegyptum, Aethiopiam, & Se
ba pro te propitiationem.
Postquam tu preciosus reputatus es co
ram oculis meis, sis gloriosus.
Ego dilexi te, ideo do homines pro te
& populos pro anima tua.
Itaq; ne timeas, quia ego tecum sum.
Ab oriente adducam semen tuum, &
ab occidente congregabo te.
Dicam ad Aquilonem, Da, & ad au
strum, Ne prohibeas.
Adduc filios meos è longinquo, & filia
as meas a finibus terræ.
Omnes qui uocantur nomine meo,
uidelicet

uidelicet quos creaui, formaui & feci
ad gloriam meam.

HVNC populum paraui mihi, laus
dem meam enarrabit.
Non quòd tu Iacob uocasti me, aut &
tu Israel, ut me haberes, laborasti.
Non certe Mihi adduxisti oues holo
caustorum Tuorum, neq; Me sacri
ficijs Tuis honorasti.
Non delectatus sum Ego, quando labo
rabas Tuis oblationibus aut thure.
Non Mihi emisti pecunia calamum odo
ratum, neq; Me sacrificiorum Tuo
rum adipe repleuisti.
Immo Tu Mihi laborem fecisti peccatis
Tuis, & dolorem iniquitatibus Tuis.
Ego, Ego deleo transgressiones tuas
propter Me, & peccatorum tuorum
non recordor.
Fac sciam, contendamus pariter iudi
cio, dic quemadmodũ uelis iustificari.
Patres tui peccauerunt, & Doctores
tui inique egerunt contra me.
Iccirco ego prophani principes San

ctuarij,& Iacob feci anathema & Isra-
el ignominiam.

Cap. 44.

NVNC igitur audi Iacob qui e
seruus meus,& Israel quem eg
elegi.
Hęc dicit DOMINVS, qui fecit & po
rauit te, qui auxiliatur tibi ab utero
matris.
Noli timere Iacob qui es seruus meus
& tu iuste quem elegi.
Effundam enim aquas super Sitientem
& flumina super Arefactam.
Effundam enim Spiritum meum super
Semen tuum, & Benedictionem me
am super Posteritatem tuam.
Vt crescant sicut gramen, & sicut sali
ces ad torrentes aquarum.
Hic dicet, ego sum DOMINI, & ille
uocabitur nomine Iacob.
Hic sua manu se adscribet DOMINO
& uocabitur nomine Israel.
Ego deleo ut nubem iniquitates tuas, et
peccata tua ut nebulam, conuertere
ad

ad me, quoniam ego redimo te.
Iubilate cœli,quia ipse DOMINVS
fecit, canta terra inferius, plaudite
montes cum iubilo, sylua & omnes
arbores eius.
Quia DOMINVS redemit Iacob, &
ipse glorificatur in Israel.

ETIAM GENTES VOCAN
tur ad iusticiam Euangelij.

Esa. 45.

CONVERTIMINI ad me & salui
eritis omnes fines terræ, Ego
enim sum Deus & præterea nullus.
Ego iuro per Memetipsum,et Verbum
Iusticiæ egreditur ex ore meo & non
mutabitur,
Videlicet hoc,Mihi curuetur omne ge-
nu,& Iuret omnis lingua,In DOMI-
NO est mihi iusticia & fortitudo.
Tales uenient ad eum,qui autem repu-
gnant ei confundentur
In DOMINO enim iustificabitur om-
ne semen Israel, & de eo gloriabitur.

SPIRITVS CHRISTI LOQVI tur de Regno suo, non ad Iudeos, sed in totum mundum. Esa. 49.

AVDITE Me insulæ, & attendite populi longinqui.

DOMINVS ab utero uocauit me, et adhuc eram in utero matris, meminit nominis mei.

Et fecit os meum ut gladium accutum, umbra manus suæ protexit me.

Et fecit me sagittam politam, & in pharetra sua abscondit me, & dixit mihi,

Tu es seruus meus Israel, per quem ego glorificabor.

Ego autem iudicaui me in vanum laborare, & absq; commodo frustra consummere uires meas.

Quamuis causa mea DOMINI est, & officium meum Dei mei.

Et nunc hæc dicit DOMINVS qui me ab utero matris parauit seruum sibi, ut conuertam Iacob ad se, ne Israel abripiatur.

Iccirco gloriosus sum coram DOMINO,

NO, & Deus meus est fortitudo mea, & dicit.

Parum est ut sis mihi seruus ad erigendas tribus Iacob, & ad reducendum neglecta in Israel.

Sed dedi te ut sis lux gentium, vt sis salus mea vsq; ad fines terræ.

Sic dicit DOMINVS redemptor Israel, Sanctus eius, ad contemptam animam, ad populum qui est abominatio, ad seruum sub tyrannis pressum.

Reges uidebunt & assurgent & principes adorabũt propter DOMINVM qui fidelis est, propter Sanctum Israelis qui elegit te.

HAEC dicit DOMINVS, In tempore accepto exaudiui te, et in die salutis auxiliatus sum tibi.

Et conseruaui te, et feci te fœdus in populo, vt erigas terram & possideas vastatas hæreditates.

Vt dicas uinctis, Exite, & ijs qui in tenebris sunt, Reuelamini.

Vt iuxta uiam pascantur, & in omnibus collibus sint pascua eorum.

Non esurient neq; sitient, non lædet eos æstus aut sol.
Quia ducet eos miserator ipsorum, & adducet eos ad fontes aquarum.
Efficiam ut omnes montes mei sint uia, & semitæ meæ stratæ erunt.
Ecce isti uenient ẽ longinquo, & ecce illi ab Aquilone, & isti a mari, illi a terra Sinim.
Iubilate cœli, exulta terra, cantatemontes cum iubilo.
Quia DOMINVS consolatus est populum suum, & pauperum suorum miseretur.
AT dicit Zion, DOMINVS dereliquit me, Dominus oblitus est mei.
Nunquid potest mulier obliuisci infantis sui, ut nõ misereatur filio uteri sui?
Et si illa obliuisceretur, tamen non obliuiscar tui.
Ecce in manibus meis depinxisti te, muri tui perpetuo sunt coram me.
Aedificatores tui huc festinabunt, destructores

structores autem & vastatores tui a te discedent.
Leua oculos circumquaq; & uide, omnes isti congregati ueniunt ad te.
Viuo Ego, dicit DOMINVS, hisce omnibus sicut ornamento uestieris, et quasi sponsa circumligaberis eis.
Quia terra tua deserta, uastata & cõfracta, erit tibi angusta ad habitandum, cum recesserint a te qui te perdebant.
Vt filij sterilitatis tuę pergant te audiẽte dicere, angustus est mihi locus, concede spaciũ amplius, ut habitẽ apud te.
Tu autem dices in corde tuo, quis genuit mihi istos?
Ego sum sterilis, solitaria, exul & abiecta, istos quis mihi enutriuit?
Ecce ego sola eram relicta, & isti ubi erant?
Sic dicit Deus DOMINVS, Ecce ego leuabo manum meam ad gentes, et ad populos exaltabo uexillum meum.
Et adducent huc filios tuos super ulnas et filias tuas super humeros portabũt.

Et Reges erunt nutricij tui, & Reginæ eorum nutrices tuæ.
Coram te cadent faciebus in terrā, & lingent puluerem pedum tuorum.
Tunc cognoſces quòd ego ſum DOMINVS, in quo non confundentur qui Me expectant.
Nunquid a Gigante rapi poterit rapina? & nunquid a Iuſto captiui poterunt liberari?
Sic enim dicit DOMINVS, Nunc Gigranti auferentur captiui, & rapina robuſti liberabitur.
Et contendam contra contendentes tecum, & filijs tuis auxiliabor.
Et cibabo ſpoliatores tuos ſuis ipſorum carnibus, & inebriabuntur, ut muſto, ſuo ipſorum ſanguine.
Et cognoſcet omnis caro quia Ego ſum DOMINVS ſaluator tuus, & tuus redemptor Potens in Iacob.

MINISTERIVM VERBI in cruce. Eſa. 50.

DEus DOMINVS dedit mihi linguam eruditam, ut fatigatis opor-

tune ſciam loqui uerbum.
Excitat me quotidie mane, excitat mihi aurem, ut audiam uelut diſcipulus.
Deus DOMINVS aperuit mihi aurē, et ego non repugno nec retro abeo.
Dorſum meum expoſui percutientibus, & genas meas vellicantibus.
Non abſcondi faciē meā ab ignominijs & ſputo, quia Deus DOMINVS adiuuat me, ideo non confundor.
Iccirco prebui eis faciem meam, ut ſilicem, ſcio enim quòd non confundar.
Ipſe prope eſt qui me iuſtificat, quis mecum contendet?
Conſiſtamus ſimul, quis habet cauſam contra me? Huc accedat ad me.
Ecce Deus DOMINVS adiuuat me, quis eſt qui me condemnet?
Ecce iſti omnes ut ueſtimentum inuetaſcent, tineæ abſument eos.
Quis eſt in uobis qui timet DOMINVM, qui audit uocē Serui eius, qui ambulat in tenebris, nec lucem uidet? Speret in nomē DOMINI, & confidat in Deum ſuum.

Ecce

Ecce uos omnes qui ſuccenditis ignem accingite flammis, pergite ambulare in lumine ignis ueſtri & in flammis quas ſuccendiſtis.

Hoc fit uobis ex manu mea, In dolore iacentibus.

NON TIMENDI PERSEcutores Verbi. Eſa. 51.

AVDITE me qui cognoſcitis Iuſticiam, tu populus in cuius corde eſt lex Mea.

Nolite timere opprobria hominum, & quando terrent ne terreamini.

Quia tineæ abſument eos ut ueſtimentum, & uermes ut pannũ rodent eos.

Mea autem Iuſticia manet in æternum, & ſalus Mea perpetuo.

Conſurge, Conſurge, induere fortitudinem ô brachium DOMINI, Conſurge ut olim & hactenus.

Nonne tu es quod Superbos excidiſti & Draconem uulneraſti?

Nonne tu es quod exiccaſti mare aquas abyſsi magnæ, & fundum maris feciſti iter, ut tranſirent redempti?

Sic etiam reuertentur redempti DOMINI, & uenient in Zion cum cantico, & gaudium æternum erit ſuper capita ipſorum.

Exultationem & lætitiam appræhendent, mœror & gemitus fugiet ab eis, Ego, Ego ſum conſolator ueſter.

Quis ergo es tu ut timeas homines qui tamen moriuntur? aut filios hominum, qui quaſi fœnum erunt?

Et obliuiſceris DOMINI qui te fecit, qui extendit cælum & fundat terram.

Tu autem times quotidie tota die furorem tribulantis, cum parat nocere.

Quid tum erat furor tribulantis, cum cogeretur feſtinare & hinc inde currere, ut retentos dimitteret, ne morerentur per uaſtatorem, aut deficeret panis eorum?

Ego enim ſum DOMINVS Deus tuus, qui comoueo mare, ut fremant fluctus eius, DOMINVS Zebaoth eſt nomen eius.

Ponu

Pono uerba mea in os tuum, & protego te sub umbra manuum mearum.
Vt plantem cælos & fundem terram, & dicam ad Zion, Tu es populus meus.

EXpergiscere, Expergiscere & surge Ierusalem, quæ ex manu DOMINI bibisti calicem furoris eius.
Feces calicis uacillationis ebibisti ita ut & elinxeris, Nullus filiorum quos genuit & ducauit duxit eã aut tenuit manum eius, ista duo acciderunt tibi.
Quis condolebat tibi? Vastatio erat tibi damnum, fames & gladius, quis te consolaretur?
Filij tui deficientes iacuerunt in omnibus plateis, ut bos syluestris laqueo captus, pleni ira a DOMINO, & increpatione a Deo tuo.
Audi igitur hoc misera & ebria non a uino, hoc dicit tuus Dominator DOMINVS Deus tuus, qui uindicat populum suum.
Ecce ego aufero ex manu tua calicẽ uacillationis, cũ fece calicis furoris mei.

Non bibes eum posthac, sed dabo eum in manus spoliatorum tuorum, qui dixerunt animæ tuæ.
Incurua re ut super te transeamus, & pone dorsum tuum in terram sicut plateam, ut pertranseatur.

CHRISTVS CONTRA PHARISęOS & seductores. Esa. 52.

COnsurge, Consurge Zion, induere fortitudinem tuam, orna te gloriose ciuitas sancta Ierusalem.
Nam posthac non regnabit in te, incircumcisus & immundus.
Excutere de puluere, exurge captiua Ierusalem,
Extrica te ê uinculis colli tui, captiua filia Zion.
Sic enim dicit DOMINVS, Gratis uenundati estis, ideo & absq; pecunia redimemini.
Quia hæc dicit Deus DOMINVS, Populus meus primum descendit in Aegyptum ut esset ibi peregrinus, & Assur absq; causa uim intulit ei.
Verum quid hic mihi fit? dicit DOMI-

NVS, Populus meus nulla causa adducitur.

Dominatores eius ululatus excitant, dicit DOMINVS, & nomen meum iugiter quotidie blasphematur.

Propterea agnoscet populus Meus nomen Meum in tempore illo, quia ecce Ego ipse loquar.

Quâm iucundi sunt super montes pedes nunciorũ, qui pacem annunciant, prædicant bonũ, prædicant salutẽ, dicunt ad Zion, Deus tuus Rex est.

Speculatores tui exaltant uocem suam, & cantant simul.

Quia oculis aperte uidebitur, cum DOMINVS conuerterit Zion.

Exultent & cantent pariter deserta Ierusalẽ, quia consolatus est DOMINVS populũ suũ, redemit Ierusalẽ.

Reuelauit DOMINVS brachium sanctum suum corã oculis omnium gentium, ut uideant omnes fines terræ salutem Dei nostri.

Discedite, Discedite, Exite inde, nõ tangite qd̃ immundũ est. Exi

Exite ab ea, mundamini, uos qui fertis suppellectilem DOMINI.

Quia non cum festinatione exibitis, neq; cum fuga ambulabitis.

DOMINVS enim præcedet uos, & Deus Israel congregabit uos.

CHRISTI PASSIO, MORS & glorificatio. ESAIAE. liij.

ECce Seruus meus prudenter aget, exaltabitur, et nimis sublimabitur.

Vt multi in Te scandalizentur, quod adspectus eius alijs hominibus deformior est, & forma Eius filijs hominum.

Sed hoc modo asperget Gentes multas, ut etiam Reges coram ipso continebant os suum.

Quibus enim nihil de eo annunciatum est intuebuntur, & qui nihil de eo audierunt attendent.

Verum quis credit prædicationi nostræ? & cui reuelatur brachiũ DOMINI?

Siquidem exurgit Coram eo sicut uirgula, & sicut radix ex terra arida.

Non est ei forma neq; decor, uidimus eū
sed nō erat species quā desiderarem⁹.
Despectissimus & indignissimus habe-
batur, plenus erat doloribus & infir-
mitate.
Contemptus erat ut quisq; faciem auer-
teret ab eo, ideo nihil reputauimus eū.
Vere infirmitates nostras ipse portabat,
& dolores nostros ipse ferebat.
Nos autem reputauimus eum ut a Deo
punitum, & percussum & afflictum.
Ipse autem uulneratus est propter iniqui-
tates nostras, & contritus propt' pec-
cata nostra.
Castigatio est super eum ut nobis sit pax,
& uulneribus eius nos sanati sumus.
Nos omnes sicut oues errabamus, quisq;
respiciebat in uiam suam, sed DOMI-
NVS coniecit super eum peccata om-
nium nostrum.
Cum opprimebatur & affligebatur, non
aperuit os suum.
Sicut agnus qui ducitur ad mactationē,
& sicut ouis coram tondente obmu-
tescens et non aperiens os suum. Ve-

Verum de angustia & iudicio ablatus
est, longitudinem uitæ eius quis enar-
rabit?
Abreptus est enim ex terra uiuentium,
quando propter iniquitatem populi
mei puniebatur.
Et sepultus est ut impij, & mortuus ut a-
liquis diues.
Quanquam nemini iniuriam fecerit, ne-
q; fraus in ore eius inuenta sit, sed DO-
MINVS uoluit eum ita conterere in-
firmitate.
Postquam posuerit uitam suam expiati-
onem pro peccato, uidebit semen &
diu uiuet, & conatus DOMINI per
manum eius prosperum habebit suc-
cessum.
Propterea quod anima ipsius laborauit
uidebit quod uult, & saturabitur
Et ipse Seruus meus Iustus per sui co-
gnitionem iustificabit multos, quia
ipsorum portat peccata.
Ideo dabo ei spolia multitudinem ma-
gnam, & potentes erunt præda eius.

Quia tradidit in mortem uitam suam, & cum sceleratis reputatus est.
Tulitq; peccata multorum, & pro transgressoribus rogauit.

PROMISSIONES ECCLESIAE cum CHRISTO sub cruce pressae. ESAIAE. liiij.

LAuda sterilis quae non paris, exulta cum cantico, & iubila quae non parturis.
Quia solitaria plures habet filios, quam quae habet uirum, dicit DOMINVS.
Amplifica spacium tabernaculi tui, et extende cortinas habitationis tuae.
Ne parcas, prolonga funes tuos, & clauos tuos fige firmiter.
Ad dexteram enim & ad sinistram te dilatabis, & semen tuum Gentes hereditabit, & ciuitates desolatas inhabitabit.
Noli timere, quia non confunderis, non erubesce, quia ignominiam non sustinebis. Sed

Sed obliuiscēris opprobrij uirginitatis tuae, & ignominiae uiduitatis tuae non recordaberis.
Nam Ille qui fecit te est maritus tuus, DOMINVS Zebaoth est nomen eius, Redemptor tuus, Sanctus Israelis, qui uocatur Deus uniuersae terrae.
DOMINVS enim fecit te uocari derelictam, & mulierem corde dolentem, iuuenculam repudiatam, sed dicit Deus tuus:
Ad paruum momentum dereliqui te, sed misericordia magna congregabo te.
Ad momentum iræ parumper abscondi faciem meam a te, sed æterna gratia miserebor tui, dicit DOMINVS Redemptor tuus.
Hoc enim mihi erit ut aqua Noah, quando iuraui aquas Noah non ultra operturas terram.
Sic etiam iuraui, quod tibi non irascar, nec te increpabo.
Vt enim uel montes recedant & colles decidant, tamen gratia mea non recedet

det a te, & fœdus pacis meæ non de
cidet, dicit DOMINVS miserator
tuus.

Paupercula, tempestatibus obruta & cō
solatione destituta, ecce ego pono la
pides tuos ut ornamentum.

Fundamentum tuum ponam Saphiros,
fenestras tuas ex Crystallo, portas tu
as ex Sardio. & omnes terminos tuos
ex lapidibus electis.

Et omnes filios tuos doctos a DOMI
NO, & multam pacem filijs tuis, Per
iustitiam tu paraberis.

Longe aberis a ui et iniuria ne ullam me
tuas, & a terrore quia non appropin
quabit tibi.

Ecce, qui nam cōgregabuntur aduersum
te obruendū, si cōgregantur sine Me:
Ecce Ego efficio ut faber qui suffl at in
igne prunas producat instrumentum
ad opus suum, efficio enim ut pereas
uastator.

Quia omne instrumentum quod paratū
est aduersum te nihil prospere aget, &
omnem

omnem linguam insurgentem contra
te tu iudicio condemnabis.

Hæc est hæreditas Seruorum DOMI
NI, & iustitia eorum a me, dicit DO
MINVS.

CONTRA FASTIDIVM, VT sit Ecclesia assidua in uerbo. Esa. lv

OMnes sitientes uenite ad aquas, &
qui non habetis pecuniam uenite, emite & comedite.

Venite, emite absq; pecunia, & omnino gratis Vinum & lac.

Quare numeratis illic pecuniam ubi nō est panis, & expenditis laborem uestrum propter ea quæ non possunt saturare?

Audite me & comedite bonum, & pinguescet in delectatione anima uestra.

Inclinate huc aurem uestram & uenite ad me, audite & uiuet anima uestra.

Faciam enim uobiscum pactum ęternū, nempe certam illam gratiam Dauidis.

Ecce, Ego dedi illum testem hominibus
ducem ac præceptorem populis.
Ecce Gentes uocabis, quas tu non nosti
et Gentes quæ non norunt te, current
ad te.
Propter DOMINVM Deum tuum
& Sanctum Israelis qui glorificat te.

QVærite DOMINVM dum in
ueniri potest, inuocate eum
dum prope est.
Derelinquat impius uiam suam, & uir
iniquus cogitationes suas, & conuer
tatur ad DOMINVM, & ipse mise
rebitur eius, & ad Deum nostrum,
quia apud eum est remissio peccato
rum multa.
Nam meæ cogitationes non sunt uestræ
cogitationes, & uiæ meę non sunt ue
stræ uiæ, dicit DOMINVS.
Sed quemadmodum cœlum terra altius
est, ita altiores sunt uiæ meæ uijs ue
stris, & cogitationes meæ cogitatio
nibus uestris.

Quema

Quemadmodum enim pluuia & nix de
cœlo cadunt & non eò reuertuntur,
sed humectant, fœcundant, & germi
nare faciunt terram, ut det semen ad
serendum et panem ad comedendum
Sic erit & uerbum meum quod egredi
tur ex ore meo, non reuertetur ad me
sua spe frustratum.
Sed efficiet quæ uolo, & prosperum erit
in ijs ad quæ misi ipsum.
Quia cum lætitia egrediemini, & cum
pace deducemini.
Montes & colles coram uobis exultabũt
cum cantico, & omnes arbores campi
plaudent manibus.
Pro dumeto crescet Abies, & pro spinis
myrtus.
Et erit DOMINO nomen & Signum
æternum, quod nunquam extirpabi
tur.

GENTIVM VOCATIO AD unam Ecclesiam cum Iudæis, sub nomine proselytorum & Eunuchorum. Esaiæ. lvi.

HAEC DICIT DOMINVS.

CVSTODITE iudicium, & facite iusticiam.

Prope enim est salus Mea ut ueniat, & iusticia Mea ut reueletur.

Beatus est homo qui facit hoc, & filius hominis qui hoc amplectitur.

Vt custodiat Sabbatum & non prophanet illud, & contineat manum suam ne quippiam faciat mali.

Et nequaquam dicat extraneus qui se iunxit DOMINO, separabit me DOMINVS a populo Suo.

Nec dicat Eunuchus, ecce ego sum arida arbor.

Hæc enim DOMINVS dicit Eunuchis, qui custodiunt Sabbata Mea, & Eligunt quod Mihi placet, & Meum fœdus inuiolatum conseruant.

Ego dabo eis in domo Mea & in muris Meis locum & nomen melius, quam habent filij & filiæ.

Nomen

Nomen æternum dabo eis, quod nunquam abolebitur.

Et filij extraneorum qui se iunxerunt DOMINO, ut seruiant ei & diligant nomen eius sintq; serui eius.

Quicunq; ex eis custodit Sabbatum ut non prophanet illud, & fœdus Meum inuiolatum conseruat.

Hos ipsos adducam in Montem sanctum Meum, & lætificabo eos in domo orationis Meæ.

Sacrificia & holocausta eorum accepta erunt Mihi, super Altare Meum.

Quia domus Mea domus orationis uocatur, Omnibus populis.

Dicit Deus DOMINVS qui proiectos Israel congregat, Ego pergam plures congregare ad cumulum eorũ qui congregati sunt.

OMNES bestiæ agri uenite, uorate, cunctæq; ferę syluestres, Cæci sunt omnes speculatores eorum nec quicquam sciunt.

Ipsi

Ipsi sunt canes muti non ualentes latra-
re, pigri, iacentes, & amantes somnum.
Sunt autem canes robusti corpore, qui
nunquam saturantur.
Ipsi pastores nihil sciunt aut intelligunt,
quisq; attendit ad uiam suam, quisq;
sectatur auaritiam in officio suo.
Venite inquiunt afferamus uinum & ine-
ebriemur, & erit cras sicut hodie, &
adhuc multo plus.
Sed interim Iustus perit, & hoc nemo
percipit corde, uiri Sancti abripiuntur
& nemo hoc considerat.
Abripiuntur enim Iusti ne uideant pla-
gam, & ueniunt ad pacem, ut requi-
escant in cubilibus suis qui ambulaue-
runt coram se ipsis directe.

DE SECTA ODIO HABEN-
tium uerbum Dei sub nomine cul-
tus Dei, & de uenenatis Docto-
ribus, lege duo Capita ESA-
IAE. lvij. & lix.
egregie.

Resipi-

RESIPISCENTIBVS POST
tram, Euangelij prædicatio.
ESAIAE. lvij.

PRopter iniquitatem auaritiæ, eorũ
iratus eram, percutiebam eos, ab-
scondi me & indignabar.
Tunc ibant errabundi, in uia cordis sui.
Ego autem uidens uias ipsorum sanaui
eos, & deduxi eos, dedi eis consolati-
onem, & illis qui propter eos dole-
bant.
Faciam fructum labiorum quæ Euange-
lizent Pacem, Pacem et ijs qui longe,
& ijs qui prope sunt, dicit DOMI-
NVS, & sanabo eos.
Sed impij sunt ut mare feruens, quod
tranquillum esse non potest, sed flu-
ctus eius eijciunt lutum & immundi-
ciam.
Non est pax impijs, Dicit Deus meus.

FRVCTVS INFIDELITA-
tis & Hypocrisis. ESAIAE. lviij.

Clama

CLAMA libere, ne parcas, exalta uocem tuam ut tuba.
Annuncia populo meo transgressiones ipsorum, et domui Iacob peccata ipsorum.
Quærunt me quotidie, & scire uias meas uolunt, quasi populus qui iustitiam fecerit nec dereliquerit Ius Dei sui.
Expostulant mecum de iure, & cū Deo iudicio contendere uolunt.
Quare inquiunt nos ieiunamus & non aspicis? Quare affligimus corpora nostra nec hoc scire uis?
Ecce, quando ieiunatis fruimini uoluntate uestra, & exigitis ab omnibus debitoribus uestris.
Ecce ieiunatis ad lites & contentiones & percutitis pugno impie.
Nolite ieiunare ita sicut nūc facitis, quando auditur de uobis clamor in excelso.
Hoccine esset ieiunium quod Ego elegerem, quando homo per diem mortificit corpus suum, aut deprimit capput suum ut iuncus, aut saccum substernit & in cinere iacet?

Vos scilicet istud dicetis esse ieiunium, & diem acceptum DOMINO?
Hoc autem est ieiunium quod ego eligo, Solue eos qui iniuria tibi obstricti sunt.
Dimitte quos grauas, fac liberos quos premis, abrumpe omne onus.
Frange esurienti panem tuum, & uagos exules induc in domum tuam.
Si uideris quempiam nudum, uesti eum, & non abscondas te a carne Tua.
Tunc proferetur lux tua ut aurora, & commodum tuum uelociter augebitur.
Et iustitia tua præcedet ante te, & Gloria DOMINI suscipiet te.
Tunc inuocabis & DOMINVS respondebit, cum clamaueris dicet, Ecce adsum.
Si tu neminem apud te grauaueris, nec digito quenquam notaueris, aut obloquutus alicui fueris.

Si ani

Si animam tuam esurienti effuderis, & a
nimam afflictam satiaueris.
Tunc orietur in tenebris lux tua, & te
nebrę tuæ erunt sicut meridies.
Et deducet te DOMINVS perpetuo,
& saturabit animam tuam in siccitate,
& ossa tua fortificabit.
Et eris quasi hortus irriguus, & quasi sca
turigo aquarum, cuius nunquam de
ficiunt aquæ.
Et ædificabuntur per te iam olim hacte
nus deserta, et fundamenta pones pe
petuo duratura.
Et uocaberis reparator sepium, refector
uiarum, ut illic habitetur.
Si auerteris pedem tuum a Sabbato, ne
facias quod tibi placet in die sancto
meo.
Tunc uocabitur Sabbatum iucundum,
ad sanctificandum & prædicandum
DOMINVM.
Tunc illud honorabis cum non facis uiæ
as tuas, nec in illo inuenitur quod tibi
placet, aut quod tu loqueris. Tunc

Tunc delectaberis in DOMINO, &
faciam ut ultra sublimia feraris super
terram.
Et cibabo te hęreditate patris tui Iacob,
Os enim DOMINI loquitur.

EVANGELII PRAEDICA tio & Regnum Christi. Esa. 60.

SVRGE, illuminare, quia uenit lux
tua, & Gloria DOMINI oritur
super te.
Quia ecce, tenebræ operiunt terram &
caligo populos, super te autem ori
tur DOMINVS, & gloria eius lu
cet in te.
Et ambulabunt gentes in lumine tuo,
& Reges in splendore qui oritur su
per te.
Leua oculos tuos & respice circum
quaq;, isti omnes congregati ueniunt
ad te.
Filij tui ê longinquo uenient, & filiæ
tuæ ad latus enutrientur

Tunc intueberis & erumpes, mirabitur
& dilatabitur cor tuum, quando mul
titudo maris ad te conuertitur, & po
tentia Gentium uenit ad te.
Multitudo enim camelorum operiet te,
dromedarij Midian & Epha.
Omnes ex Saba uenient, aurum & thus
adducentes, & laudem DOMINI
annunciantes.
Omnes greges Kedar congregabuntur
ad te, arietes Nebaioth seruient tibi.
Offerentur super bene complacens Al
tare meum, Domum enim Gloriæ
meæ decorabo.

QVI sunt isti, qui ut nubes uo
lant, & ut columbæ ad fene
stras suas?
Insulæ expectant Me, & naues maris iam
olim hactenus.
Vt adducant filios tuos ê longinquo,
cum ipsorum auro & argento, no
mini DOMINI Dei tui, & Sancto
Israelis qui glorificauit te,

Extranei ædificabunt muros tuos, &
Reges eorum seruient tibi.
In ira enim mea percussi te, sed in bene
placito meo misereor tui.
Et portæ tuæ erunt aperte iugiter, neq;
interdiu neq; noctu claudentur.
Vt potentia Gentium adducatur tibi,
& deducantur ad te Reges eorum.
Quia quæ Gentes aut Regna nolue
rint seruire tibi peribunt, & Gentes
illæ penitus desolabuntur.
Gloria Libani ad te ueniet, abies, pi
nus & buxus pariter.
Ad ornandum locum Sanctuarij mei
quia locum pedum meorum glorifi
cabo.

VENIENT ad te inclinato capite
qui te oppresserunt, & omnes
qui te blasphemarunt procident pedi
bus tuis.
Et uocabunt te ciuitatem DOMINI,
Zionem Sancti Israelis.
Nã ideo q; fuisti derelicta et odio habita
ubi nemo transiuit, faciam te magni

ficentiam in æternum & exultationē perpetuo.
Vt ſugas lac ex Gentibus, & lactent te ubera Regum.
Vt cognoſcas quòd ego DOMINVS ſum ſaluator tuus, & ego Potens in Iacob ſum redemptor tuus.
Pro ære adducam aurum, pro ferro argentum, pro lignis æs, & ferrum loco lapidum.
Et faciam ut Præpoſiti tui doceant pacem, & præſides tui iuſtitiam.
Non audietur ultra in terra tua iniuria, neq; damnum aut perditio in terminis tuis.
Sed muri tui uocabuntur ſalus, & portæ tuæ laus.
Sol non lucebit tibi amplius per diem, & ſplendor lunæ non luceſcet tibi.
Sed DOMINVS erit tibi lux æterna, & Deus tuus erit gloria tua.
Non occidet ultra ſol tuus, nec amittet lumen luna tua.
DOMINVS enim erit tibi lux æterna &,

& dies luctus tui finem habebunt.
Et in populo tuo omnes erunt Iuſti, & in æternum poſſidebunt terram, vt qui ſurculus ſunt plantationis meæ & opus manuum mearum ad glorificandum.
Ex minimo erunt mille, & ex exiguo populus potens.
Ego DOMINVS, cum feſtinatione ſuo tempore faciam hoc.

IVCVNDISSIMA DESCRIptio Regis Chriſti. Eſa. 61.

SPIRITVS Dei DOMINI eſt ſuper me, ideo DOMINVS ipſe unxit me.
Miſit me ad prædicandum miſeris, ad alligandum uulnera cõfractis corde.
Ad prædicandum captiuis liberationem, & uinctis carceris apertionem.
Ad prædicandum annum Gratiæ DOMINI, & diem ultionis Dei noſtri.
conſolandum omnes lugentes.
Vt ſtatuam iſs qui lugent in Zion de-

corem pro cinere, oleum lætitiæ pro luctu, amictum glorioſum pro ſpiritu mœroris.

Vt nominentur arbores Iuſtitiæ, plantatio DOMINI, ad glorificandum.

Ipſi ædificabunt iam olim hactenus deſerta, & olim uaſtata erigent.

Iuſtaurabunt ciuitates, quæ hactenus perpetuo vaſtatæ iacebant.

Extranei ſtabunt & paſcent gregem veſtrum, & alieni erunt agricolæ veſtri & vinitores ueſtri.

Vos autem nominabimini Sacerdotes DOMINI, & dicetur uobis, Miniſtri eſtis Dei noſtri.

Bona Gentium comedetis, & de gloria earum gloriabimini.

Pro ignominia ueſtra duplex gloria erit, & pro confuſione exultabunt in agris ſuis.

Duplicia enim poſsidebunt in terra ſua, & lætitia ſempiterna erit eis.

Ego enim ſum DOMINVS qui diligo

go Ius, & odi rapacia holocauſta.

Et efficiam ut non ſit inanis labor eorum, & fœdus æternum feriam cum eis.

Et agnoſcetur ſemen eorum inter Gentes, & poſteritas eorum inter populos.

Omnes qui uiderint eos cognoſcent ipſos, quòd ſunt ſemen benedictum a DOMINO.

Gaudeo in DOMINO, & exultat anima mea in Deo meo.

Quia induit me ueſtimentis Salutis, & veſte Iuſtitiæ ueſtiuit me.

Sicut ſponſum decoratum ſacerdotali ornatu, & quẽadmodũ ſponſam ſuis monilibus ornatam.

Quemadmodum enim ex terra germen producitur, & ſemen in horto excreſcit.

Sic iuſtitia & laus orietur coram omnibus gentibus, a deo DOMINO.

CONFIRMAT SE PRAEdicator contra contemptum uerbi insignibus de Christo promissionibus Ecclesiæ factis.

Esa. 62.

PROPTER Zion non tacebo, & propter Ierusalem non cessabo, donec oriatur Iustícia eius ut splendor, & salus eius ardeat ut facula.

Vt uideant Gentes iusticiam tuam, & omnes Reges gloriam tuam.

Et uocaberis nomine nouo, quod nominabit os DOMINI.

Et eris gloriosa Corona in manu DOMINI, & regale Diadema in manu Dei tui.

Non uocaberis ultra Derelícta neq; terra tua Vastatio.

Sed uocaberis uoluptas mea erga ipsam, & terra tua Maritum hæc habet.

Quia complacet DOMINO in te, & terra tua maritum habet.

Sicut adolescens affectus est erga uirginem,

ginem sic affecti erunt erga te filij tui.

Et sicut gaudet sponsus de sponsa, ita gaudebit de te Deus tuus.

SVPER muros tuos ô Ierusalem constituam uigiles, qui perpetuo tota die & tota nocte non tacebunt, & qui DOMINI recordabuntur.

Ne sit apud uos silentium, & uos de eo non sileatis, donec Ierusalem paretur & statuatur ad glorificandum super terram.

Iurauit DOMINVS per dexteram suam, & per brachium potentiæ suæ.

Non dabo ultra inimicis tuis frumentum tuum ad edendum, nec mustum propter quod laborasti alienis ad bibendum.

Sed qui colligent edent illud, & glorificabunt DOMINVM, & qui congregant bibent illud in atrijs Sanctuarij mei.

Ite, Ite per portas, repurgate uiam populo, complanate, complanate semitã, remouete ex ea lapides, leuate

uexillum ad populos.
Ecce DOMINVS diuulgat usq; ad fi
nes terræ, dicite filiæ Zion.
Ecce uenit salus tua, ecce merces eius
apud ipsum est, & retributio eius co
ram ipso.
Vocabuntur Populus sanctus, Redem
pti DOMINI, & tu uocaberis requi
sita & minime derelicta Ciuitas.

GRATIARVM ACTIO DE
beneficijs, & oratio pro captiuis.
Esa. 64.

MIsericordias DOMINI commemorabo, & laudem DOMINI,
De omnibus quæ fecit erga nos, & de
multitudine bonorum erga domum
Israel.
Quæ fecit erga ipsos per misericordiam
suam, & bonitatem maximam.
Dixit enim, Populus meus utiq; sunt,
filij non spurij, ideo erat saluator eorũ.
Quisquis presit eos, presit etiam Ip
sum, & angelus qui coram Ipso est iu
uit eos. Ipse

Ipse redemit eos, quia dilexit eos & pe
percit eis.
Ipse tollens portauit eos, semper ab an
tiquo hactenus.
Sed ipsi irritauerunt et exacerbauerunt
Spiritum sanctum eius, ideo factus
ipsis inimicus, pugnabat aduersus
ipsos.
Et recordatus est ipse dierum priorum,
ipsiq; Mosis qui erat in populo ipsius.
Vbi nunc est qui eduxit eos de mari,
cum pastoribus gregis sui?
Vbi est qui dedit inter eos Spiritum san
ctum suum? qui duxit Mosen dex
tera sua per glorioſum brachiũ suum?
Qui diuisit aquas ante ipsos, vt faceret
sibi nomen æternum.
Qui duxit eos per abysſum, ut equos
per desertum non impingentes.
Vtiumẽta quę descendunt in campum,
quæ agit halitus DOMINI.
Ita & tu duxisti populum tuum, ut fa
ceres tibi nomen glorioſum.
Itaq; respice nunc de cœlo, & uide
huc

huc ex gloriosa & sancta habitatione tua.

Vbi nunc est zelus tuus? potentia tua? uiscera insignium miserationum tuarum indurantur contra me.

Attamen tu es Pater noster, Abraham enim ignorat nos, & Israel non nouit nos.

Tu autem DOMINE Pater noster es & redemptor noster, ab antiquo hoc est nomen tuum.

Quare DOMINE sinis nos errare a uijs tuis, & indurari cor nostrum, ne timeamus te?

Reuertere propter Seruos tuos, & propter tribus hæreditatis tuæ.

Ferè totum possident populum sanctum tuum, aduersarij tui conculcant Sanctuarium tuum.

Sumus plane ut olim quando non dominabaris nobis, quando non nominabamur nomine tuo.

Vtinam dirumperes cœlos & descenderes, ut montes diffluerent, quemadmodum

admodum feruida aqua a uehementi igne excoquitur.

Vt notum fieret nomen tuum inter hostes tuos, & Gentes terrerentur coram te.

Per mirabilia quæ facis priusquam exspectantur, Descendebas & montes coram te diffluebant.

Quemadmodum non est a cõdito mundo vnquam auditum auribusue perceptum, neq; oculus ullus uidit, præter te Deus, quid eueniat ipsum expectantibus.

Tu occurrebas lætantibus & ijs qui faciebant iustitiam, & recordabantur tui in uijs tuis.

Ecce, tu quidem irascebaris cum peccabamus, & diu in peccato perseverabamus, sed tamen liberabamur.

Sed nunc omnes nos sumus ut immundi, & omnes iustitiæ nostræ sunt ut uestis fædata.

Nos omnes emarcuimus ut folia, & peccata

peccata nostra sublatos rapiunt nos ut uentus.

Nemo inuocat nomen tuum, aut exurgit ad tenendum te.

Tu enim abscondis faciem tuam a nobis, & tabescere nos facis in peccatis nostris.

At nunc DOMINE, tu es Pater noster, nos sumus lutum, tu es figulus noster, nos omnes sumus opera manuum tuarum.

Ne irascaris DOMINE nimis, & ne in æternum memineris peccatorum. Hoc respice, quòd nos omnes sumus populus tuus.

Ciuitates Sanctuarij tui desolatio factæ sunt, Zion facta est desertum, & Ierusalem solitudo.

Domus sanctitatis & gloriæ nostræ, in qua laudauerũt te patres nostri, igni cremata est, & quicquid pulchrum erat nobis uersum est in turpitudinem.

Nunquid ad hæc obdurabis te DOMINE,

MINE, tacebis, & nos ita nimium deijcies?

CONTRA ABIECTOS HYpocritas pro credentibus relíquijs. Esa. 65.

Ideo hæc dicit DOMINVS Deus.

ECCE, Serui mei comedent, uos autem esurietis.

Ecce, Serui mei bibent, uos autem sitietis.

Ecce, Serui mei exultabunt, uos autem confundemini.

Ecce, serui mei præ gaudio iubilabunt, uos autem præ cordis angustia clamabitis, & præ miseria ululabitis.

Et relinquetis nomen uestrum, Electis meis, ad iuramentum.

Et interficiet te Deus DOMINVS, Seruos autem suos nominabit nomine alio.

Vt qui sibi benedixerit super terram, benedicat

benedicat sibi in Deo uero, & qui iu
rauerit super terram, iuret per De
um uerum.
Obliuioni enim traditæ sunt priorum
angustiæ, & absconditæ ab oculis
meis.
Quia ecce, Ego creabo cœlum nouum,
& terram nouam, ne priorum sit
mentio aut desiderium.
Sed gaudebunt in æternum, & exulta-
bunt in ijs quæ Ego creo.
Ecce enim, Ego creabo Ierusalem ex-
ultationem, & populum eius gau-
dium.
Et gaudebo de Ierusalem, & exultabo
de populo meo.
Et non audietur ibi ultra uox fletus,
aut uox clamoris.
Non erunt amplius ibi pueri, qui non
perueniant ad ætatem suam, aut se-
nes qui non compleant annos suos.
Sed pueri centum annorum moriens-
tur, & peccatores centum annorum
maledicti erunt.

Aedificabunt

Aedificabunt domos & inhabitabunt,
plantabunt uineas & comedent fru-
ctus earum.
Non ædificabunt ut alius inhabitet, neq;
plantabunt ut alius edat.
Erunt enim dies populi mei ut dies ar-
boris, & opus manuum eorum in se-
nium durabit apud Electos meos.
Non laborabunt inaniter, neq; parient
abortiuum.
Semen enim sunt benedictorum DO-
MINI, & posteri eorum cum ipsis.
Et futurum est, ut antequam clamant re-
spondeam, & cum adhuc loquuntur
audiam.
Lupus enim cum agno pascetur simul,
leo comedit paleas ut bos, et serpens
terram edet.
Non nocebunt aut uastabunt in toto
Monte sancto meo dicit DOMI-
NVS.

ALIBI PROPHETAE DAM
nant Electicium cultum, hic autem iugu-

c lum

gulum Synagogæ petitur, reprehenſo cultu a Deo ſtatuto, quod talia ſolum fa ciunt Hypocritæ, & confidunt in factis, ſine fide, ſine timore Dei, habentes ea pro operibus meritorijs iuſticię, neglecto pa cto & Præceptis DEI, etc. Hæc citans Stephanus occiſus eſt ab infidelibus Hor micidis quaſi iuſtiſsime. Confidentia in talia eſt ſumma abominatio Deo. Noſtri arrogant ſibi promiſsiones de Eccleſia, et non curant ut ſint Eccleſia. Quia uero ſunt infideles, inuidia, odio, arrogantia & auaritia pleni, non poſsunt non perſe qui uerbi Dei confeſsores aut perſequen tibus non conſentire. Hæc eſt ipſorum charitas & bona opera. Eſaiæ. lxvj.

SIC dicit DOMINVS. Cœlum eſt ſedes mea, & terra ſcabellum pe dum meorum.
Quæ eſt ergo illa domus, quam uultis ædificare mihi? Aut quis eſt ille lo cus ubi ego requieſcam?
Manus mea fecit omnia quæcunq; exi ſtunt, dicit DOMINVS. Ego

Ego uero reſpicio ad illum qui eſt miſer & confracto ſpiritu, & qui contremi ſcit ad uerbum meum.
Nam qui mactat bouem, eſt ut qui occi deret hominem.
Qui offert ouem, eſt ut qui iugularet ca nem.
Qui offert ſacrificium, eſt ut qui offerret ſanguinem ſuillum.
Qui ſuffumigat thus, eſt ut qui commen dat iniquitatem.
Talia eligunt in uijs ſuis, & delectatur a nima ipſorũ in abominationibus ſuis.
Propterea ego eligam quæ ipſi irrident, & inducã ſuper eos quę ipſi metuunt.
Quod nemo reſpondebat quando clama bam, nõ audiebant quando loquebar
Et fecerunt quæ mihi diſplicebant, & e legerunt quæ ego nolebam.

AVdite nerbum DOMINI, qui cõ tremiſcitis ad uerbum eius.
Fratres ueſtri qui oderunt uos & excom municant uos propter nomen meum.

Dicunt, uideamus quam glorioſus ſit DOMINVS, appareat ipſe ad lætitiam ueſtram, ſed ipſi confundentur.
Audietur enim uox tumultus in ciuitate, uox ex templo, uox DOMINI uicem reddentis hoſtibus ſuis.

IPSA parit ante dolores partus, eniixa eſt maſculum antequam ſentiret pariendi neceſsitatem.
Quis tale aliquid audiuit unquã? Quis unquam talia uidit?
Nunquid populus aliquis ſimul naſcetur, antequam illa terra ſentiat dolores partus?
Et tamen Zion peperit filios ſuos, abſq; pariendi dolore.
Ego ſcilicet qui aliis aperio partum non ipſe parerem, dicit DOMINVS?
Ego ſcilicet parere facerem, & ipſe eſsem clauſo utero, dicit Deus tuus?
Lætamini igitur cum Ieruſalem, & gratulamini ei omnes uos, qui diligitis eam.

Gaudete cum ea, omnes uos qui hactenus luxiſtis propter eam.
Nam pro hoc ſugetis, & ſatiabimini ex uberibus conſolationis eius.
Et pro hoc ſugetis, & delectabimini ex plenitudine Gloriæ eius.
Quia hæc dicit DOMINVS, Ecce ego expando pacem apud Eam ut fluuium, & gloriam gentium ut inundantem torrentem.
Tunc ſugetis, ad latus portabimini, et ſuper genua blanditijs fouebimini.
Ego conſolabor uos, ut aliquem ſua mater conſolatur.
Propter Ieruſalem delectabimini, uidebitis & exultabit cor ueſtrum, & oſsa ueſtra ut herba uireſcent.
Ibi cognoſcetur manus DOMINI erga Seruos ipſius, & ira contra inimicos ipſius.

ECCe enim DOMINVS ueniet cum igne, & currus eius ſunt ut tempeſtas.
Vt uicem reddat in furore iræ ſuæ, increpatio

patio eius est in flamma ignis.
DOMINVS enim per ignem iudi-
cabit, & per gladium suum omnem
carnem.
Et multitudo erit interfectorum a DO-
MINO, qui se sanctificant & puri-
ficant in hortis, alius hic, alius alibi.
Et qui edunt suillam, abominationem &
mures, illi omnes abripientur simul,
dicit DOMINVS.
Ego enim ueniam, & congregabo eo-
rum opera & cogitationes cum om-
nibus gentibus & linguis, ut ueniant
& uideant Gloriam meam.

ET EGO STATVAM VE-
xillum inter eos, & aliquos eo-
rum qui liberati sunt mittam ad Gen-
tes maritimas, ad Phul, ad Lud, ad sa-
gittarios, ad Thubal & Iauan.
Et longinquus ad Insulas, ubi nihil ha-
ctenus audierunt de Me, & non uide-
runt Gloriam meam, & annunciabũt
Gloriam meam inter Gentes. Et ex

Et ex omnib⁹ Gentibus, adducent DO-
MINO Sacrificium omnes fratres
uestros,
Videlicet super equos, currus, uehicula,
mulos, dromedarios, in Ierusalem ad
Montem sanctum meum, dicit DO-
MINVS.
Quemadmodum quando filij Israel in
uasis mundis, adducunt sacrificium ad
domum DOMINI.

ET ego ex eisdem assumam Sacerdo
tes et Leuitas, dicit DOMINVS.
Quia sicut nouum cœlum & noua terra
quæ ego facio stant coram Me, dicit
DOMINVS, ita stabit semen uestrũ
& nomen uestrum.
Et omnis caro ueniet perpetuis mensib⁹
et perpetuis Sabbatis, ut adoret coram
me, dicit DOMINVS.
Et exibunt & contuebuntur cadauera
hominum, qui inique egerunt contra
Me.
Quorum uermis non morietur, & ignis
eorum non extinguetur, & erunt ab-
ominatio omni carni.

EX IEREMIA.

IMPOENITENTES ABIIciuntur, ettamen pœnitentes reducuntur in Regnum Christi. IEREMIAE. iij.

DIXIT DOMINVS AD ME in diebus Regis IOSIAE.



IDISTI ne quæ Israel defertrix faciebat? Abijt super omnem Montem excelsum, & sub omnem arborem florentem & scortata est ibi.

Et ubi hæc omnia fecerat dixi, reuertere ad me, sed non reuertebatur.

Et licet soror eius Iuda obstinata uideat quemadmodum ego punierim adultertium defertricis Israel, & dimiserim eam & dederim ei libellum repudij.

Tamen non metuit Iuda soror eius obstinata, sed abit ipsa quoq; et scortatur.

Ita ut ex fama scortationis eius polluatur terra, scortatur enim cum lapidibus & lignis.

Nec in his omnibus Iuda obstinata soror eius reuertitur ad me ex toto corde, sed tantum mendaci Hypocrisi, dicit DOMINVS.

Dixit uero DOMINVS ad me, Iusta est defertrix Israel comparatione obstinatæ Iudæ.

Vade, prædica ad Aquilonem hæc uerba dicens, Reuertere defertrix Israel, dicit DOMINVS, & non ostendam uobis indignabundam faciem meam.

Quia misericors sum, dicit DOMINVS, & non irascar in perpetuum.

Tantum agnosce iniquitatem tuã, quod peccaueris contra DOMINVM, & hinc inde cucurreris ad Deos alienos sub omnem arborem florentem, & nolueritis audire uocem meam, dicit DOMINVS.

REuertimini uos filij desertores, dicit DOMINVS.

Ego enim Vos Mihi desponsabo, & Asferam uos ita, ut unus secum ferat tottam ciuitatem, & duo totam aliquam nationem, & introducam uos in Zion.

Et dabo uobis pastores secundum cor meum, qui pascant uos doctrina & sapientia.

Et hoc futurum est, Cum creueritis & multiplicati fueritis in terra, in illo tempore, dicit DOMINVS.

Non dicetur ultra de arca fœderis DOMINI, neq; eius ultra mentio fiet, nõ prædicabitur de ea, nec quæretur, nec ibi sacrificabitur.

Sed Ierusalem illo tempore, uocabitur Solium DOMINI.

Et congregabunt sese ad illam omnes Gentes, propter nomen DOMINI quod est in Ierusalem, nec ambulabunt postea secundum cogitationes cordis sui praui.

In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel, & simul reuertentur ab Aquilone in terram quam dedi Patribus uestris hæreditatem.

Hoc quoque dico, O quam multos filios daturus sum tibi, & terram desiderabilem, amænam hæreditatem, uidelicet exercitum Gentium?

Et hoc promitto, quod tunc uocabis me, Pater mi, & non recedes a me.

SED DOMVS ISRAEL contemnit me, quemadmodum mulier contemnit amatorem suum, dicit DOMINVS.

Ideo in excelsis audietur ululatus & fletus filiorum Israel, quia peruerse egerunt et oblíti sunt DOMINI Dei sui.

Reuertimini itaq; filij desertores, & sanabo rebelliones uestras:

Ecce nos uenimus ad Te, tu es enim DOMINVS Deus noster.

Mera seductio sunt colles, & omnes montes.

Vere

Vere Iſraeli non eſt ullum auxilium, nisi in DOMINO Deo noſtro.

Patrum noſtrorum cultus quos a pueris obſeruauimus confuſi pereant, cum ouibus ipſorum, bobus, filijs & filiabus.

Quia merum opprobrium nobis facta ſunt, illa quibus confidebamus.

Et quę nobis conſolationi erant, ſunt cõfuſio noſtra.

Quia per hæc peccabamus contra DOMINVM Deum noſtrum, & nos & Patres noſtri ab ineunte ætate noſtra.

Etiam uſq; in diem hunc, & non obediuimus uoci DOMINI Dei noſtri.

IMMVNDIS NIHIL EST mundum, qui de ſacris DEI uerbo inſtitutis gloriantur, ettamen ipſi non ſunt ſacri uerbo DEI & fide. IERE. vij.

HAEC dicit Dominus Zebaoth DEVS Iſrael.

Emen-

EMEndate uitam ueſtram & ſtudia ueſtra, & habitabo uobiſcum in loco hoc,

Nolite confidere in mendacio, quando dicunt, Templum Domini, Templũ Domini, Templum Domini eſt hic.

Sed emendate uitam ueſtram & ſtudia ueſtra, ut quod iuſtum eſt faciatis unuſquiſq; erga alium.

Et peregrino, orphano & viduæ non faciatis iniuriam, ſanguinemq; innocentem non effundatis in loco hoc.

Neq; ambuletis poſt Deos alienos, ad ueſtram ipſorum perditionem.

Tunc habitabo uobiſcum in loco hoc perpetuo & in æternum, in terra quam dedi Patribus ueſtris.

At uos confiditis mendacijs, quæ nihil uobis proſunt.

Et præterea eſtis fures, homicidæ, adulteri, periuri, & offertis thura Baal.

Et ſequimini deos alienos, quos non nouiſtis.

Poſt hæc tamen uenitis & ſtatis coram

Me

Me in domo hac,quæ uocatur nomi
ne meo,& dicitis.
Nihil mali accidit nobis, poſtquam iſta
abominationes fecimus.
Nunquid uobis hæc domus, quæ nomi
ne meo uocatur, uidetur ſpelunca lar
tronum? Ecce Ego,hæc uideo, dicit
DOMINVS.

ITe ad locum meum in Silo,ubi prius
habitauit nomen meum.
Et uidete quid illic fecerim,propter ma
liciam populi mei Iſrael.
Quia uero omnia illa facitis, dicit DO
MINVS,& perpetuo facio prædi
cari uobis,& non uultis audire,clamo
& non reſpondetis.
Quemadmodum Silo,ita faciam domui
cui confiditis quæ uocatur nomine
meo,& loco quem dedi patribus ue
ſtris.
Et abijciam uos a facie mea,quemadmo
dum abieci omnes fratres ueſtros uni
uerſum ſemen Ephraim.

Tu uero noli orare pro populo hoc,neq;
conqueraris aut preceris pro eis, aut
interpellas pro eis coram Me, non e
nim audiam te.
Nonne uides quid faciant in ciuitatibus
Iuda,& in plateis Ieruſalem?
Filij colligunt ligna, patres incendunt
ignem,mulieres ſubigunt farinam.
Vt faciant placentas Melecheth cœli,&
dent libamina Dijs alienis,ut mihi ob
ſint.
Non Mihi uero ſed ſibi oberunt per hoc,
& confundentur.
Ideo dicit Deus DOMINVS, Ecce ira
mea & furor meus effuſus eſt ſuper
locum hunc.
Super homines & iumenta,ſuper arbo
res campi & fructus agri, & ardebit
ut nemo extinguat.

SIC dicit DOMINVS Zebaoth
Deus Iſrael,cumulate in unum ho
locauſta ueſtra & ſacrificia ueſtra, &
comedite carnem.

Ego

Ego enim Patribus uestris, tunc quando eduxi eos ex Aegypto, neq; dixi neq; mandaui de holocaustis & alijs sacrificijs.

Sed hoc mandaui eis & dixi. Audite uocem Meam, & ero uester Deus, uos Mihi eritis populus.

Et ambulate in omnibus uijs, quas ego mando uobis, ut bene sit uobis.

Ipsi uero noluerunt audire, & inclinare huc aurem suam.

Sed ambulauerunt in consilijs suis, & secundum opinionem praui cordis sui, & retro non ante se iuerunt.

Immo ab ea die qua eduxi Patres uestros ex Aegypto usq; ad hanc, quotidie ad uos misi omnes seruos meos Prophetas.

Sed ipsi nolunt audire, & inclinare huc aurem suam.

Sunt uero dura ceruice, deterius agunt quam Patres ipsorum.

Hæc licet ipsis dixeris, tamen non audient, etiamsi clamaueris, tamen non respondebunt.

Dic igitur eis, Hic est populus qui non uult neq; DOMINVM Deum suum audire, neq; se emendare.

Perijt fides, & extirpata est ex ore eorum.

CONTRA EOS QVI SEquuntur traditiones humanas.

Iere. 8.

Ideo dic ad eos, Sic dicit DOMINVS.

QVIS cadit & non cupit resurgere? quis errat & non uult reduci in uiam?

At iste populus Ierusalem, uult errare perpetuo.

Ita adherent ficto cultui, ut non sinant se ab eo auerti.

Ego uideo & audio, quòd nihil quod rectum sit docent.

Nullum pœnitet iniquitatis suæ, qui dicere, quid est quod facio?

Currunt omnes cursum suum, ut fu-
rens equus in bellum.

Ciconia sub cœlo nouit tempus suum,

d turtur,

turtur, ardea & hirundo attendunt
tempus reuersionis suæ.
Sed populus meus non uult noſse Ius
DOMINI.
Qui audetis dicere, Scimus Ius, et lex
scriptura est pro nobis?
Et tamen merum mendacium est, quic
quid Scribæ statuunt.
Iccirco tales Doctores confundentur,
terrebuntur & capientur.
Quam enim sapientiam docebunt, qui
uerbum DOMINI abiiciunt?
Tradam igitur uxores eorum alienis, &
agros eorum illis qui exigent ipsos.
Omnes enim lucro auaro inhiant & pu
silli & magni, & tam sacerdos quàm
propheta docent fictum cultum.
Et consolantur in tribulatione popu
lum meum, ut contemnat, dicentes
Pax, Pax, ettamen non est pax.
Ideo confundentur, quòd pergunt hac
abominatione.
Quamuis nolint confundi aut erubes
cere, propterea cadent simul. Cum

Cum uisitauero eos, tunc cadent dicit
DOMINVS.
Sic auferam eos, dicit DOMINVS,
ut non maneant neq; botri in uite,
neq; ficus in ficulnea, ut & folia de
cidant.
Et quæ dedi eis, auferentur ab eis. Vbi
tunc habitabimus?
Tunc scilicet congregate uos, ut ingre
diamur in ciuitates munitas expe
ctantes auxilium.
DOMINVS enim Deus noster auxi
liabitur nobis potu amarissimo, quia
sic peccamus contra DOMINVM.
Egregie confidite quòd sit pax, cum ni
hil adsit boni, & quòd sit tempus sa
nationis, cum adsit nihil nisi damnum.

EPILOGVS OMNIVM PIA rum prædicationum Prophetæ.

Iere. 9.

Sic dicit DOMINVS.

NON glorietur sapiens de sapien
tia sua, non fortis de fortitudi

ne ſua, neq; diues de diuitijs ſuis:
Sed qui gloriari uult, glorietur hinc q intelligit & nouit Me, quòd Ego ſum DOMINVS, qui præſto miſericordiam, Ius & iuſticiam ſuper terram.
Hæc enim placent mihi, dicit DOMINVS.

FRVSTRA DOCEMVS IMPIOS niſi Deus intus doceat.
Iere. 10.

SCIO DOMINE q uia hominis, non eſt in poteſtate ipſius.
Nec eſt in cuiuſquam poteſtate, quemadmodum ambulet aut dirigat greſſus ſuos.
Caſtiga me DOMINE ſed cum iudicio, & non cum furere tuo, ne ad nihilum redigas me.
Effunde furorem tuum ſuper Gentes quæ non nouerunt te, & ſuper nationes, quæ non inuocant nomen tuum.
Quia comederunt Iacob & deuorauerunt eum, perdiderunt eum, & habitationem eius deſolatam fecerunt.

Culpa

CVLPA POPVLI REIICITVR in ſeductores. Iere. 14.

DIXI, Ah Deus DOMINE, ecce prophetæ dicunt eis, Non uidebitis gladium, nec fames erit apud uos, ſed Ego dabo uobis ſecuram pacem in hoc loco.
Et dixit DOMINVS ad me, Prophetæ prophetant falſum in nomine meo.
Ego non miſi eos, nec mandaui quicquam eis, aut eis aliquid locutus ſum.
Prædicant uobis viſiones mendaces, interpretationem, idolatriam, & dolum cordis ſui.
Ideo dicit DOMINVS de Prophetis, qui prophetant in nomine meo, cum tamen non miſerim eos.
Et prædicant non uenturum gladium aut famem ſuper terram, tales Prophetæ morientur per gladium & famem.
Et illi quibus prophetant iacebunt in plateis Ieruſalem hic & illic perditi gladio et fame, ut nemo ſepeliat ipſos.

Similiter & mulieres eorum, filij & filiæ, & effundam super eos malitiam ipsorum.

Nunquid abiecisti Iudam, aut Zion abominata est anima tua?

Quare igitur percussisti nos, ut nemo sanare possit?

Sperabamus pacem futuram, sed nihil boni uenit.

Sperabamus sanitatem, & ecce plus damni accidit.

DOMINE nos agnoscimus impietatem nostram, & iniquitatem Patrum nostrorũ, quia contra te peccauimus.

Sed propter nomen tuum, ne spernas nos fieri opprobrium.

Ne spernas blasphemari, thronum Gloriæ tuæ.

Recordare quæsumus, ut non dissoluas fœdus tuum quod inijsti nobiscum.

Non est inter idola gentium vel vnum quod det pluuiam, sed ne cęlum quidem pluuere potest.

Tu uere es DOMINVS Deus noster in

in quem speramus, quia tu hæc omnia potes.

ORAT PROPHETA PRO reliquijs, ut contineantur in uerbo, et Deus consolatur Prophetam.

Iere. 15.

AH DOMINE tu nosti, recordare nostri, & suscipe curã nostri, & uindica nos de inimicis nostris.

Suscipe nos, & ne differas iram tuam contra ipsos.

Tu enim nosti, quòd propter te blasphemamur.

Interim contine nobis verbum tuum, cum illud acceperimus.

Et hoc ipsum uerbum, est gaudium & consolatio cordis nostri.

Sumus enim utiq; uocati nomine tuo, DOMINE Deus Zebaoth.

Non coniungimus nos illusoribus, nec corridemus cum eis.

Sed tantum coram manu tua perseueramus, quia maxime irascéris nobis.

Quare factus est dolor noster tam diu-

turnus & magna plaga noſtra, ut ne-
mo eam ſanare poſsit?
Factus es nobis ut fons, qui ultra non
ſcaturit aquam.
Dicit ergo hoc DOMINVS, Si adhæ-
ſeris Mihi, adhærebo & Ego tibi, &
manebis Prędicator meus.
Et ſi docueris iuſtos vt ſeparent ſe a per-
uerſis, eris Doctor Meus.
Et priuſquã tu auertereris ad illos, ipſi
potius conuertantur ad te.
Quia Ego te feci murum æneum &
munitum, aduerſus populum hunc,
Licet pugnent contra te, tamen non ex-
pugnabunt.
Sum enim tecum ut iuuem & liberem
te, dicit DOMINVS.
Liberabo quoq; te ex manu Maligno-
rum, & redimam te ex manu Tyran-
norum.

VOCATIO GENTIVM.
Iere. 16.

DOMINE

DOMINE tu es robur et fortitudo
mea, & refugium meum in tem
pore tribulationis.
A finibus terræ Gentes ad te uenient,
& ita dicent.
Patres noſtri habuerunt falſos Deos &
vanos, qui iuuare nihil poſsunt.
Quomodo poteſt homo facere Deos,
qui non ſunt dij?
Ecce ergo nunc illas docebo, & notifi-
cabo eis manum & potentiam meam,
vt cognoſcant quòd nomen meum eſt
DOMINVS.

EGREGIA EXPOSITIO PRI-
mæ tabulæ. Iere. 17.

Sic dicit DOMINVS.
MALEDICTVS eſt vir qui con-
fidit in homines, & qui iudicat
carnem eſse Brachium ſuum, & re-
cedit corde ſuo a DOMINO.
Hic erit vt myricæ in deſerto, & non
uidebit conſolationem quæ uentura
eſt.

Sed manebit in arido, in deserto, in ter-
rili & non habitata terra.

Benedictus autem est uir qui confi-
in DOMINVM, cuius Fiducia e
DOMINVS.

Hic est sicut arbor plantata iuxta aqu
quæ ad torrentem agit radices.

Licet enim æstus urat, tamen nihil me
tuit sibi, sed uiridia permanent folia
eius.

Nec solicita est cum per annum non
uenit pluuia, sed facit fructum per
petuo.

Fraudulenta & peruersa res super om
nia est cor, quis scrutaretur illud?

Ego DOMINVS scrutor ipsum cor,
& exploro renes, & do cuiq; secund
dum uias suas, & secundum fructum
operum suorum.

Quia sicut est auis incubans ouis et non
excludens ea, sic est ille qui cumulat
sibi iniusta bnoa.

Cum enim minimum metuit, cogitur
derelinquere ea, & præterea tandem
subsannabitur.

At locus Sanctuarij nostri nimirũ thro-
nus Gloriæ Dei, semper firmus per-
mansit, quia tu DOMINE es Spes
Israel.

Omnes qui te derelinquunt confunden
tur, & desertores in terram scribent̃.
DOMINVM enim derelinquunt, sca-
turiginem aquarum uiuentium.

Sana me DOMINE & sanabor, salua
me & saluabor, quia tu es gloriatio
mea

Ecce ipsi dicunt ad me, Vbi est DOMI
NI uerbum? ueniat nunc.

Nec tamen propterea fugi a te Pastor
meus, nec desideraui diem huma-
num.

Tu nosti rectum esse coram te verbum
quod prædicaui.

Ne tu sis mihi formidini, Fiducia mea
in die malo.

Confundantur qui me persequuntur,
& non confundar ego, terreantur &
non ego.

Induc super eos diem calamitatis, et con
tere eos dupliciter.

Tanta

TANTA EST IMPIETA
humani cordis, ut ne otium quidem
lætam uelit festiuitatem, etiam maxim
adiectis promissionibus & cominat
nibus, propterea tantum, quia Dei
verbum est & uerus Dei cul-
tus. Iere. ibidem.

Vade & sta in porta populi, per quam
ingrediuntur & exeunt Reges Iuda, &
in omnibus portis Ierusalem,
& dic ad eos.

AVDITE uerbum DOMINI uos
Reges Iuda, & totus Iuda, &
omnes habitatores Ierusalem, qui
ingredimini per hasce portas, sic di-
cit DOMINVS.

Custodite uos ipsos, & nolite portare
aliquod onus Sabbato per portas
has in Ierusalem.

Non portate onus Sabbato è domibus
uestris, neq; facite aliquod opus.

Sed sanctificate diem Sabbati, quem
admodum præcepi patribus uestris.

At non audiunt, neq; inclinat huc aurem

rem suam, immo indurant ceruicem
suuam ne audiant Me, aut sinant se
erudiri.

Si me audieritis, dicit DOMINVS, ut
non portetis onus Sabbato per por-
tas ciuitatis huius.

Sed sanctificetis eum, ut nullum opus
faciatis in eo.

Ingredientur & egredientur Reges &
Principes qui sedent super thronum
Dauid, per portas ciuitatis huius.

Et equitabunt & uehentur equis et cur-
ribus, ipsi cum principibus suis &
omnibus habitatoribus Iuda et Ie-
rusalem.

Et ciuitas hæc, in æternum habitabitur.

Et uenient ex ciuitatibus Iuda qui ha-
bitant circum Ierusalem, & ex terra
Benlamin, ex campestribus locis &
montanis & a meridie.

Et adducent holocausta, sacrificia, obla-
tiones & thura, in laudem ad domum
DOMINI.

Si uero non audieritis me, ut sanctifi-
cetis

cetis diem Sabbati, & non porte
onus Sabbato per portas in Ieru
lem.

Succendam ignem in portis eius, q
absumat domos Ieruſalem & non e
tinguatur.

SIMILITVDO FIGVLI E
luti. Iere. 18.

Hoc eſt verbum reuelatum a DO
MINO Ieremiæ.

SVrge & deſcende in domum figu
li, ubi faciam te audire uerba mea
Deſcendi igitur in domum figuli, & ec
ce ipſe ad rotam ſuam faciebat opus
Et teſta quam faciebat ex luto, non ſie
bat fœliciter ſub manu eius.
Ideoq; rurſum aliam teſtam fecit quem
admodum ipſi placuit, tunc factum
eſt uerbum DOMINI ad me & di
xit.
Nonne & Ego ſicut figulus hic uobis
ô domus Iſrael facere potero, dicit
DOMINVS. Ecce

Ecce ſicut lutum eſt in manu figuli, ſic
& uos qui eſtis de domo Iſrael eſtis
in manu mea.
Repente loquor aduerſus populum ali
quem & Regnum, quòd illud euel
lam, confringam & perdam.
Si conuerſus fuerit populus a malici a
ſua contra quam loquor, pœnitebit
& me mali quod facere cogitaui.
Et repente loquor de populo aliquo &
Regno, quòd illud ędificabo & plan
tabo.
Si autem populus malum fecerit coram
oculis meis, ne audiat vocem meam,
pœnitebit & me boni, quod promiſe
ram ei ut facerem.
Dic itaq; illis qui ſunt in Iuda & ciuibus
Ieruſalem, ſic dicit DOMINVS.
Ecce Ego formo aduerſus uos malum,
& cogito aduerſum uos cogitatio
nes.
Propterea quiſq; reuertatur a uia ſua
mala, emendate uias & opera ue
ſtra.

Sed

Sed ipsi dicunt, Nequaquam fiet istud nos ambulabimus secundum cogitationes cordis nostri, & quisquis facet secundum opinionem prauí cordis sui.

IEREMIAS HERETICVS declaratur, quòd autem ipse orat contra eos non mireris cum pro charitate ante fecerit pro obduratis.

Iere. ibidem.

IPSI dicunt, venite, & consultemus aduersus Ieremiam.

Non enim errare possunt Sacerdotes Lege, nec Seniores consilio, nec Prophetæ doctrina.

Venite, occidamus eum lingua, neceremus quicquid loquitur.

DOMINE attende ad me, & audi uoces aduersariorum meorum.

An iustũ est ut reddat pro bono malũ? foderunt enim foueam animæ meæ.

Recordare quemadmodum steterim coram te, vt loquerer bona pro ipsis & auerterem furorem tuum ab eis.

Iccirco

Iccirco trade filios eorum in famem, cadant in gladium.

Vt uxores & uiduæ ipsorum sint absq; liberis, mariti occidantur, iuuenes eorum in prelio per gladium intereant.

Vt audiatur clamor ex domibus eorum, quod tu bellatores induxisti subito super ipsos.

Foderunt enim foueam ad capiendum me, & laqueos occulte posuerunt pedibus meis.

Quando uero tu DOMINE nosti omnia consilia eorum aduersum me, ut me occidant, ne remittas eis iniquitatem ipsorum, & peccatum ipsorum coram te non deleatur.

Præcipitentur coram te, & age erga ipsos secundum iram tuam.

MISERE TENTATVS APud semetipsum & uarie affectus describitur Propheta, ut uideas quid simus nobis relicti. Nunc accusat Deum, nunc gratias agit & confidit eius bonitate, nunc

e suæ

ſuæ maledicit natiuitati, quæ ſimul nō
ſunt facta, ſed hic confuſo ordine ſim
deſcripta. Ieremiæ. xx.

DOMINE tu perſuaſiſti mihi, &
ego paſsus ſum mihi perſuaderi
Fortior me fuiſti, & prævaluiſti.
At ego per hoc ludibrio expoſitus ſu
quotidie, quiſq; ſubſannat me.
Poſtquam enim loquutus ſum & clam
ui & prædicaui, de plaga uaſtationis
factum eſt mihi uerbum DOMIN
in opprobrium & ſubſannationem
quotidie.
Tūc cogitaui, Non recordabor eiꝰ poſt
hac, nec prędicabo ultra in nomie eius
Sed fiebat in corde meo et in oſsibꝰ me
ſicut ignis ardens, ita ut nō ſuſtinerem
& penè exanimatus fuiſsem.
Audio enim quam multi me crimineñ
et pauor eſt mihi circunquaq;.
Agite accuſate, accuſemus eum, dicun
omnes amici mei obſeruantes me.
Forte bene cedet fraus noſtra contra e
um, ut prędualeamus ei, & uindicemus
in eum.

At DOMINVS eſt mecum ut gigas
robuſtus, ideo cadent perſecutores
mei & non prędualebunt.
Confundentur ualde, propterea quod
ſtulte agunt.
Ignominia erit ipſis æterna, quæ nunq;
tradetur obliuioni.
Tu uero DOMINE Zebaoth probas
iuſtos, intueris renes & corda.
Videam ultionem contra eos, tibi enim
commendaui cauſam meam.
Cantate DOMINO, prædicate DO-
MINVM, qui eruit animam affli-
cti ex manu malignorum.
Maledicta ſit dies in qua natus ſum, non
ſit benedicta dies in qua peperit me
mater mea.
Maledictus ſit ille qui læta annunciauit
patri meo, dicens, natus eſt tibi filius,
ut lætificaret eum.
Sit Vir ille ut ciuitates quas DOMI-
NVS ſubuertit, & non pœnituit
ipſum.
Mane audiat clamorem, & in meridie
ululatum,

Quare non occidísti me in utero matris
Vt esset mater mea sepulchrum mi
um, & uterus eius pregnans ma
sisset in æternum.
Quare prodij ex utero matris, ut uide
hanc angustiam & dolorem, & con
sumam dies meos in ignominia?

CONTRA IOAKIM REgem Iuda filium Iosiæ. IEREMIAE. xxij.

VAE illi qui ædificat domum suam
cum peccato, & cænacula eius
cum iniuria.
Qui facit proximum suum laborare gra
tis, & non reddit ei mercedem ipsius.
Et dicit, Age, ędificabo mihi domum mag
gnã & ampla palatia, Excindit fene
stras, tabulata facit cedrina, et rubro
omnia pingit.
Putas te Regem fore, quod per cedrina
ornamenta te ostentas?
Nonne pater tuus etiam comedit & bi
bit? et tamen defendit Ius & Iustitiã
am, & bene ei erat.

Iudicauit pro afflicto & misero, & bene
ei erat.
An non hoc est uere cognoscere Me?
dicit DOMINVS.
Verum oculi tui & cor tuum ad talia nõ
respiciunt, sed potius ad auaritiam, ad
effundendum sanguinem innoxium,
ad calumniandum, & ad opprimen
dum.

CONTRA PASTORES SEductores, Christus est uerus pastor. IEREMIAE. xxiij.

VAE uobis pastoribus qui perimi
tis & dispergitis greges pascuæ
meæ, dicit DOMINVS.
Propter hoc dicit DOMINVS Deus
Israel de pastoribus, qui pascunt po
pulum meũ. Vos dispersistis gregem
meum, eiecistis eum & non uisitastis.
Ecce ego uisitabo uos propter mala stu
dia uestra, dicit DOMINVS.
Et ego congregabo reliquias gregis mei,
ex omnibus terris quo eieceram eas.

Et reducam eas ad caulas suas, ut cresc
& multiplicentur.
Et suscitabo super eas pastores qui p
scant eas, ita ut non metuant ultra a
terreantur aut uisitentur, dicit D
MINVS.

ECCE DIES VENIVNT
dicit DOMINVS, & suscitabo
Dauidi Germen Iustum.
Et erit Rex qui prospere reget, & facie
Ius & Iusticiam super terram.
In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel
secure habitabit.
Et hoc erit nomen eius, quod uocabitur
DOMINVS, Iusticia nostra.
Propterea ecce dies ueniunt, dicit D
MINVS, quando non dicetur ul
tra. Viuit DOMINVS qui edu
xit filios Israel ex Aegypto.
Sed, Viuit DOMINVS qui eduxi
semen domus Israel, & reduxit ea
terra Aquilonis, & ex omnibus ter
ris quò

ris quò eieceram eos, ut habitent in
terra sua.

CONTRA PROPHETAS.
Cor meum conteritur in me, con
tremiscunt omnia ossa mea.
Vt Vir ebrius, & ut qui uacillat a uino
sum coram DOMINO & coram
sanctis uerbis eius.
Propterea quod terra repleta est adulte
ris, quod ita ubique luget terra, quod
ita maledicta est, & amæna pascua in
deserto arescunt.
Et uita eorum mala est, & gubernacula
eorum non recta.
Quia & Prophetæ & Sacerdotes, sunt
malicioſi.
Et inuenio etiam in domo mea maliciam
eorum, dicit DOMINVS.
Via ergo eorum est ut lubrica uia in te
nebris, in qua ipsi labascunt & cadunt;
Ego enim mittam super eos malum, uis
delicet annum uisitationis ipsorum,
dicit DOMINVS.

Apud Prophetas quidem in Samaria v
debam insaniam, quod prophetare
per Baal & seducerent populum m
um Israel.
Sed apud Prophetas in Ierusalem, pla
uideo abominationem.
Adulterantur enim, & pergunt mend
cijs, animant malignos, ut nemo co
uertatur a sua malicia.
Omnes sunt coram me ut Sodoma, & c
ues eorum ut Gomorrha.
Dicit ergo DOMINVS Zebaoth
de Prophetis. Ecce, Ego cibabo eo
absynthio, & felle potabo eos.
Quia a Prophetis Ierusalem egredit
hypocrisis in totam terram.
Sic dicit DOMINVS Zebaoth, Nol
te audire uerba Prophetarum, qui pr
phetant uobis.
Decipiunt uos, prædicant enim uisione
cordis sui, & non ex ore DOMIN
Dicunt illis qui blasphemant Me, D
MINVS ita iussit, bene erit uobis,
Et omnibus qui ambulant secundu
obstin

obstinaciam cordis sui, dicunt, Non
ueniet malum super uos.
Quis enim stetit in consilio DOMINI,
qui uiderit aut audierit uerbum eius?
Quis aduertit aut audiuit uerbum
eius?
Ecce tempestas DOMINI cum furore
ueniet, & turbo horribilis impijs ca
det super caput ipsorum.
Nec remittet ira DOMINI donec faci
at & perficiat quæ cogitauit, Ista post
hæc experientia discetis.
Non mittebam Ego Prophetas & ta
men ipsi currebant, non loquebar eis,
ettamen ipsi prophetabant.
Si enim mansissent in Consilio meo, &
populo meo prædicassent Mea uerba,
ea conuertissent illum a uia sua mala
& a peruersis studijs suis.

AN non Ego sum Deus qui prope
est, dicit DOMINVS, & non
sum Deus qui longe est?
Existimas quod quisquam ita latere pos

sit ut Ego eum non uideam? Dic
DOMINVS.
Nonne Ego sum qui cœlum & terra
impleo, dicit DOMINVS?
Audio certe quod Prophetę prædican
et falsum prophetant in nomine mec
& dicunt, Somniaui, Somniaui.
Quando quęso desinent Prophetæ fal
sum prophetare? Qui propheran
dolum cordis sui.
Et uolunt ut populus meus obliuiscatu
nominis mei, per somnia sua, quæ
quisq; alijs prædicat.
Quemadmodum Patres eorum, obliui
scebantur nominis mei per Baal
Propheta qui nihil habet nisi somnia, prę
dicet somnia, qui autem habet Ver
bum meum, prędicet Verbum meum
Recte.
Qui enim conuenit paleis cum tritico?
Dicit DOMINVS.
Nonne uerbum meum est ut ignis, dicit
DOMINVS, ut malleus conte
rens petras.

Iccirco ecce Ego agam contra Prophe
tas, dicit DOMINVS, qui furan
tur uerba mea unusquisq; ab alio.
Ecce Ego agam contra Prophetas, dicit
DOMINVS, qui suis uerbis lo
quuntur dicentes, Ipse dixit.
Ecce ego agam contra prophetantes Fal
sa somnia, dicit DOMINVS.
Quæ prædicant ipsi & seducunt popu
lum meum, suis mendacijs & blandis
doctrinis.
Et tamen non misi eos nec quicquam
mandaui eis, nec aliquid prosunt po
pulo huic, dicit DOMINVS.

LAETA SOLVTIO CA
ptiuitatis post septuaginta annos,
postea uero lætissimum
Christi Euangelium su
per Iudęos et Gen
tes. IERe. xxxi.

IN illo tempore, dicit DOMINVS,
Ero Deus omnibus cognationibus
Israel, & ipsę erunt mihi populus.

Sic

Sic dicit DOMINVS, Populus qui
liquus mansit a gladio, inuenit gra
am in deserto.
Israel uadit ad requiem suam, DO
NVS apparuit mihi in terra longi
qua.
Ego perpetua dilectione dilexi te, ide
attraxi Te Mihi ex mera gratia.
Age Ego reædificabo te uirgo Israel, u
sis uere Aedificata.
Adhuc tympana percuties cum gaudio
& exibis ad choream.
Rursum ædificabis uineas in montibu
Samariæ, plantabitur & fistulis cant
bitur.
Quia erit tempus, quando Custodes in
montanis Ephraim clamabunt.
Surgite, ascendamus ad Zion, ad DO
MIMVM Deum nostrum.
Quia sic dicit DOMINVS, Clamat
super Iacob cum gaudio, & tubila
super caput inter Gentes, exaltate ut
cem, prædicate & dicite.
Salua DOMINE populum tuum, reli
quias Israel

Ecce ego adducam eos, ex terra aquilo
nis.
Et congregabo eos a finibus terræ, & cę
cos & claudos & parturientes & pu
erperas, ut huc magno numero reuer
tantur.
Flentes & orantes uenient, & ego du
cam eos.
Ducam eos iuxta torrentes aquarum su
per uiam planam, ut non impingant.
Sum enim Pater Israelis, & Ephraim est
primogenitus meus.

AVdite Gentes uerbum DOMI
NI, annunciate hoc in Insulis lon
ginquis, & dicite.
Qui dispersit Israel recolliget ipsum, &
curabit eum ut pastor gregem suum.
Redimet enim DOMINVS Iacob, &
eruet eum ex manu Potentis, & ueni
entes tubilabunt in Excelso Zion.
Et accumulabunt se ad dona DOMINI.
uidelicet ad frumentum, mustum, ole
um, ouiculas & boues.

Vt sit

Vt sit anima eorum sicut hortus irrigu
us,& non amplius solicita.
Tunc lætabuntur uirgines in chore
præterea iuuenes Viri & seniores
mul,
Ego enim uertam luctum eorum in gau
dium,& consolabor & lætificabo eo
post ipsorum tristiciam.
Et replebo animam Sacerdotum exulc
tione,& populus meus satiabitur do
nis meis,dicit DOMINVS.

SIC dicit DOMINVS, Audiu
in excelso uox plangentium & fle
tus amarissimus.
Rachel plorat filios suos,& non admi
tit consolationem de filijs suis, qui
extincti sunt.
At DOMINVS sic dicit, Cessa a clo
more & fletu & lachrymis oculorum
tuorum, quia tuus labor non est in
nis, dicit DOMINVS.
Reuertentur de terra inimicorum, s
manent multa bona posteritatem

am, dicit DOMINVS, reuerten
tur enim filij tui in terram suam.
Vere audiui lamentationem Ephraim,
Castigasti me,& castigatus sum ut ui
tulus lasciuus.
Conuerte me & conuertar,tu enim DO
MINE es Deus meus.
Quando conuertebar agebam pœniten
tiam quia postquam eruditus sum,
percutio fœmur meum.
Confusus enim sum & erubesco, patior
enim ignominiam adolescentiæ meæ.
Nonne Ephraim est pręciosus mihi filiu
us,& puer desiderabilis?
Memini enim quid promiserim ipsi,ideo
misericordia tangitur cor meum erga
ipsum,ut uere miserear eius,dicit DO
MINVS.
Erige tibi signa & constitue tibi memo
riam luctus,& dirige cor tuum ad ui
am stratam in qua ego ambulaui.
Reuertere filia Israel, reuertere ad hasce
ciuitates tuas.
Quousq; te auertes,Filia desertrix? DO
MINVS

MINVS enim creabit nouam rem in terra, Fœmina circundabit Virum.

HOC dicit DOMINVS Zebaoth Deus Israel, Adhuc dicetur hoc uerbum in terra Iuda & ciuitatibus eius, cum uertero captiuitatem eorum.

DOMINVS benedicat tibi tu habitatio iusticiæ, tu mons sancte.

Et Iuda cum omnibus suis ciuitatibus habitabit ibi, & agricolæ, & qui mutant loca cum grege suo.

Ego enim reficiam animas lassas, & saturitas animas saturabo.

Iccirco euigilaui & suspexi, ubi suauiter dormieram.

Ecce dies ueniunt, dicit DOMINVS, ut perseminem domum Israel & domum Iuda semine, nimirum & hominibus & iumentis.

Et sicut uigilaui super ipsos ut extirparem, lacerarem, uastarem, perderem & punirem, ita uigilabo super ipsos ut ædi-

ut ædificem & plantem dicit DOMINVS.

Tunc non amplius dicetur, Patres comederunt immatura & dentes filiorum stupescunt.

Sed unusquisq; propter suam iniquitatem morietur, & quisquis comederit immatura eiusdem dentes stupescent.

ECCE dies ueniunt dicit DOMINVS, quando faciam cum domo Israel et cũ domo Iuda Fœdus nouum.

Non ut erat Fœdus qd̃ pepigi cũ patribus ipsorum, quando apprehendi manũ ipsorũ, et eduxi eos ex Aegypto.

Quod fœdus ipsi non seruauerunt, & cogebam eos, dicit DOMINVS.

Sed hoc erit Fœdus quod faciã cum filijs Israel posthac, dicit DOMINVS.

Dabo Legem meam in corda eorum, & in mentem eorum scribam illam.

Et ipsi erunt populus meus, Egoq; ero Deus eorum.

Et nullus docebit alium aut frater fratrẽ ut dicat, Cognosce DOMINVM.

Sed cognoscent me omnes et minimi et maximi, dicit DOMINVS.

Quia remittam eis iniquitates ipsorum, & non recordabor amplius peccatorum ipsorum.

Sic dicit DOMINVS, qui dat diei Solem ut sit lumem, & Lunam atq; stellas secundum ipsarum ordinem nocti ut sit lumen.

Qui commouet mare ut sonent fluctus eius, DOMINVS Zebaoth est nomen eius.

Vbi perierint tales ordinationes coram me, dicit DOMINVS, tunc etiam peribit semen Israel, ut non sit ultra populus coram me.

Sic dicit DOMINVS, Quando superne mensurari poterit cœlum, & deorsum inuestigari fundamenta terræ, tunc abijciam uniuersum semen Israel propter omnia quæ faciunt, dicit DOMINVS.

Ecce dies ueniunt, dicit DOMINVS, ut ædificetur Ciuitas DOMINI a turre

turre Hananeel usq; ad portam angularem.

Et inde latius regula mensuræ exibit usq; ad collem Gareb, & dirigetur uersus Gaath.

Et tota area cadauerum & spacium cineris cum toto agro mortuorum usq; ad torrentem Kidron, usq; ad angulum portæ equorum, uersus orientem, Sanctum erit DOMINO.

Hoc non uiolabitur, neq; uastabitur in æternum.

PROMISSIO QVOD NON ultra distrahentur doctrinis uarijs, cultibus & sectis. Iere. 32.

ECCE ego congregabo eos ex omnibus terris quò eieceram eos per magnam iram, furorem & inclementiam meam.

Et reducam eos huc, vt habitent secure.

Et erunt populus meus, Egoq; ero Deus eorum.

Et dabo eis cor unum & uiam unam, ut timeant me cunctis diebus, ut bene sit

eis & filijs ipsorum post ipsos.
Et faciam cum eis Fœdus æternum, ut non cessem eis benefacere.
Et dabo timorem mei in corda ipsorum, ut non discedant a me.
Et delectabor benefaciendo eis, & in terra hac plantabo eos fideliter toto corde meo & tota anima mea.

REGNVM DAVIDIS AETERnum & in eo Sacerdotes & Leuitæ. Iere. 33.

DICIT DOMINVS.

QVando cessabit pactum meum cum die & nocte, ut non sit dies aut nox tempore suo.
Tunc etiam cessabit Pactum meum cum seruo meo Dauid, ut non habeat filium regem in throno suo, & cum Leuitis & Sacerdotibus ministris meis.
Quemadmodum numerari non potest exercitus cœlorum, nec mensurari arena maris, sic multiplicabo semen Dauid

Dauid serui mei, & Leuitas qui ministrent mihi.

PRO AETHIOPE FIDELI. Ieremiæ 39.

HAEC dicit DOMINVS Zebaoth Deus Israel, ad EbedMelech Aethiopem.
Ecce Ego adducam uerba mea contra ciuitatem hanc in malum & non in bonum, id quod tu uidebis tunc.
Te autem eruam in tempore illo, dicit DOMINVS.
Non traderis in manus uirorum illorum, quos tu nunc formidas.
Quoniam certo eruam te, ne cadas per gladium.
Sed rapies inde uitam tuam uelut spolium, quia confisus es in Me, dicit DOMINVS.

ETIAM IN AEGYPTO IVDAEI contemnunt Deum, uastatis omnibus in terra Iuda. Iere. 44.

REsponderunt Ieremiæ omnes uiri qui optime norunt ſuas vxores thus incendere dijs alienis.

Omnesq; mulieres magno illic numero ſtantes, cum omni populo qui apud Aegyptios habitabat & in Pathros, & dixerunt.

Non audiemus te ſecundum verbum, quod loqueris nobis in nomine DOMINI.

Sed faciemus ſecundum omne uerbum quod egreditur ex ore noſtro, & incendemus thus Melecheth cœli & eidem offeremus libamina.

Quemadmodum nos & noſtri Patres, Reges & Principes noſtri fecerunt, in ciuitatibus Iuda & in plateis Ieruſalem.

Tunc abundabamus panibus, & bene nobis erat, et non uidebamus malum.

Poſtquam autem ceſsauimus ſacrificare Melecheth cœli & offerre ei libamina, ſuſtinuimus omnem penuriam, perditi per gladium & famem.

Quando

Quando autem incendimus thus Melecheth cœli & offerimus libamina, certe non facimus ſine uoluntate uirorum noſtrorum, cum facimus ei placentas & offerimus libamina ad excitandum eam.

Tunc ait Ieremias ad totum populum, & uiros & mulieres, & omnē populum, qui ita ei reſponderant.

Vere DOMINVS recordatus eſt incenſi, quod uos in ciuitatibus Iuda & in plateis Ieruſalē incendiſtis cum Patribus ueſtris, regibus & principibus & omni populo terræ.

Et ſic attendit corde, ut amplius non ſuſtineret malitiam ſtudiorum ueſtrorum & abominationes ueſtras quas faciebatis.

Vnde et terra ueſtra facta eſt deſertum, ſtupor, maledictio, vt nemo illic inhabitet, ſicut hodie uidere licet.

Quia thura incendiſtis, & contra DOMINVM peccaſtis.

Vocem DOMINI non audiſtis, nec in

lege, iudicijs & teſtimonijs eius ambulaſtis.
Ideo & hoc malum accidit uobis, ſicut hodie uidere licet.
Et Ieremias dixit ad omnem populum & ad omnes mulieres.
Audite uerbum DOMINI omnes qui ex Iuda eſtis in terra Aegypti, Sic dicit DOMINVS Zebaoth Deus Iſrael.
Vos & ueſtræ uxores ore ueſtro locuti eſtis & manibus ueſtris perfeciſtis, quod dicitis.
Vota noſtra reddemus, quæ uouimus Melecheth cœli, ut ei thura incendamus & libamina offeramus.
Nunc uero uota ueſtra reddidiſtis, & uota ueſtra ſoluiſtis.
Audite ergo uerbum DOMINI uos Iudæi, qui habitabitis in Aegypto.
Ecce Ego iuro per nomen meum magnum dicit DOMINVS.
Quod non nominabitur ultra nomen meum per os ullius hominis, qui eſt ex

ex Iuda in tota Aegypto, qui dicat, Viuit dominator DOMINVS.
Ecce ego uigilabo ſuper eos, in malum & non in bonum.

PRO BARVCH NOTARIO Ieremiæ ſolicitus eſt Deus. Iere. 45.

SIC dicit DOMINVS Zebaoth Deus Iſrael, de te Baruch.
Dicis, Væ mihi, quia addidit mihi DOMINVS miſeriam ſuper triſticiam meam, defício præ gemitu meo, & requiem non inuenio.
Dic ei, ſic dicit DOMINVS, Ecce quę ædificaui deſtruo, & quæ plantaui euello cum tota hac Mea terra, & tu quæris tibi grandia.
Noli quærere, quia ecce adducam malum ſuper omnem carnem, dicit DOMINVS.
Sed animam tuam dabo tibi ceu ſpolium, quocunq; perrexeris.

CANTICVM CONTRA Babylonem & persecutores Ecclesiæ. Iere. 51.

QVI sua fortitudine fecit terram & sua sapientia parauit orbem & struxit cœlum prudenti ordinatione.

Ipse crepitu tonitrui sui, dat copiam aquarum sub cœlo.

Eleuat nubes, ab extremitate terræ.

Facit fulgura simul cum pluuia, & educit uentum ex occultis locis suis.

Omnes homines fatui sunt a sua scientia, & confunditur omnis faber aurarius a conflatili suo.

Quia eorum idola sunt mendacium, & non est uita in eis.

Sunt mera uanitas & opera errorum, peribunt cum uisitabuntur.

At non est talis Ille qui est thesaurus Iacob, sed est qui omnia creat, & Israel est sceptrum hæreditatis eius, DOMINVS Zebaoth est nomen eius.

LAMENTATIO IEREMIAE. Threnorum 3.

Dixit, Periit fortitudo mea, & spes mea apud DOMINVM.

RECORDARE obsecro quoniam afflictus & derelictus sum, absynthio & felle potatus.

Certe recordaberis, nam hoc mihi dictat anima mea, hoc concipio corde meo, ideo adhuc spero.

Misericordia DOMINI est quòd nondum sumus consumpti, nondum deficit miseratio eius.

Sed quotidie mane noua est, & magna est fidelitas tua.

DOMINVS est hæreditas mea, dicit anima mea, ideo sperabo in eum.

Benignus enim est DOMINVS, iis qui expectant ipsum, animæ quærenti eum.

Bonum est patientiam præstare, & sperare auxilium DOMINI.

Bonum est portare iugum, in adolescentia.

Vt derelictus patienter ferat, cum quid acciderit ipsi.

Et abscondat in puluerem os suum, & sperans expectet.

Et sinat interim percuti maxillam suam & se repleri opprobrio.

Non enim perpetuo abijcit DOMINVS, uerum contristat quidem, sed rursum miseretur secundum multitudinem misericordiæ suæ.

Non enim ex corde, ipse affligit & contristat homines.

Quasi cuperet plane conculcatos, quos uincti sunt super terram, & causam eorum coram Deo esse iniustam.

Eosq; falso condemnari, ac si DOMINVS non hoc uideret.

Quis ergo audebit dicere, quòd hæc fiunt DOMINO non mandante? & quòd neq; mala neq; bona ueniant ex ore altissimi?

Quid ergo ita murmurant in uita homines? quisque murmuret contra peccata sua.

Scrutemur

Scrutemur uias nostras & exploremus, & conuertamur ad DOMINVM.

Leuemus corda nostra cum manibus, ad Deum in cœlos.

Nos Nos peccauimus, & inobedientes fuimus, propterea merito non peperciisti nobis.

Sed ira nos obruisti & persecutus es, & sine misericordia iugulasti.

Circumdedisti tibi nubem, ne pertransiret aliqua oratio.

Lutum & immundiciam fecisti nos, in medio populorum.

EX EZECHIELE.

FALSI PRAEDICATORES & seductores.
Ezech. 13.

ET FACTVM EST VERBVM DOMINI ad me, dicens.

Fili



ILI HOMINIS uaticinare contra prophetas Israel, & dic ad eos qui prophetant ex corde suo.

Audite uerbum DOMINI, sic dicit Deus DOMINVS.

Væ stultis prophetis qui suum sequuntur spiritum, & non habent visionem.

O Israel tui Prophetæ sunt, ut uulpes in deserto.

Non consistunt in rupturis ubi pater aditus, nec se faciunt sæpem circum domum Israel

Non stant in bello, in die DOMINI.

Visio eorum uanitas est, & propietia ipsorum mendacium.

Dicunt, Verbum DOMINI est, cum tamen DOMINVS non miserit ipsos, & laborant ut Suam doctrinam statuant.

Nonne uestra uisio est uanitas, & prophetia

phetia uestra mendacium? ettamen dicitis, Verbum DOMINI est, cum tamen illud non dixerim.

Iccirco sic dicit Deus DOMINVS, Quia illud prędicatis quod non erit, & mendacium prophetatis.

Agam contra uos, dicit Deus DOMINVS, & manus mea erit super prophetas qui prædicant quod non erit & prophetant mendacium.

Non erunt in congregatione populi mei, nec scribentur in numerum domus Israel.

Nec uenient in terram Israel, ut cognoscatis quòd Ego sum Deus DOMINVS.

Seducunt enim populum meum, & dicunt Pax, cum tamen non sit pax.

Populus ædificat parietem, & illi dealbant eum cemento non tenaci.

Dic ad dealbatores illos qui dealbant cemento non tenaci, quòd hæc linitio decidet.

Veniet enim impetuosa pluuia, et cadet grando

grando grauis, & turbo impellet eo tunc ruet paries ille.

Nonne tunc dicetur uobis, ubi nunc est dealbatio quam liniuistis?

Sic dicit Deus DOMINVS, Ego impellam turbinem in furore meo, & impetuosam pluuiam in ira mea, & grandinem grauem in furore ut illa deijciant.

Sic deijciam parietem quem dealbastis cemento non tenaci, & ad terram deturbabo, ut uideatur iacentis fundamentum.

Et uos intus habitantes obruemini, & cognoscetis quòd ego sum DOMINVS.

Hoc modo complebo furorem meum contra parietem, & contra eos qui dealbant eum cemento non tenaci, & dicam uobis, hic neq; paries neq; dealbator est.

Hi sunt Prophetæ Israel, qui prophetant Ierusalem & prædicant de pace, cum tamen non sit pax, dicit Deus DOMINVS.

ET tu filij hominis dirige faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant ex corde suo.

Propheta contra eas & dic; Sic dicit Deus DOMINVS.

Væ uobis qui consuitis puluillos hominibus sub brachia ipsorum, & ceruicalia sub capita & iuuenibus & senioribus, ad animas capiendas.

Postquam autem uenati estis animas populi mei, promittitis eis uitam, & prophanatis Me in populo meo, propter pugillum hordei & fragmentum panis.

Per hoc quod animas adiudicatis morti quæ mori non deberent, & uitæ adiudicatis quæ uiuere non deberent.

Hoc fit per mendacium uestrum in populo meo, qui libenter audit mendacium.

Ideo dicit Deus DOMINVS, Ecce ego agam contra puluillos uestros, quibus animas capitis & consolamini.

Et abripiam eos a brachijs uestris, & liberas reddam animas quas capitis & consolamini.

Et lacerabo ceruicalia uestra, & liberabo populum meum ex manu uestra, ut non capiatis eum amplius, & cognoscetis quod Ego sum DOMINVS.

Propterea quod contristatis cor Iustorum falso, quos Ego non contristaui.

Et confortastis manus impiorum, ne conuerterentur a uia sua mala ut uiuerent.

Non prædicabitis amplius doctrinam uanam, aut prophetabitis.

Sed Ego liberabo populum meum ex manu uestra, & cognoscetis quod Ego sum DOMINVS.

QVATVOR PLAGAE DEI propter peccata. Ezech. xiiij.

QVANDO TERRA ALIqua peccat in Me, & insuper contumelia Me afficit.

Extendam

Extendam manum meam super eam, & auferam omnem annonam.

Et mittam illo famem, ut & homines & iumenta inde euellam.

Atque si etiam tunc ibi essent tres illi Viri, Noe, Daniel & Hiob, tamen ipsi soli animas tantum suas liberarent sua iustitia, dicit Deus DOMINVS.

Si malas bestias induxero in terram illam, quæ homines tollant ex ea, & uastent eam ut nemo illic possit ambulare propter bestias.

Et hi tres Viri sint quoque in ea, Viuo Ego, dicit Deus DOMINVS, neque filios neque filias liberabunt, sed tantum seipsos, terra uero ipsa erit desolata.

Aut si gladium misero super terram illam, & dixero, Gladie, transi per terram illam, & extirpauero & homines & pecora.

Et illi tres Viri fuerint in ea, Viuo ego, dicit Deus DOMINVS, non eru-

ent neq; filios neq; filias, sed ipsi soli e-
ruentur.
Aut si pestem immisero in terram illam,
& furorem meum super eam effude-
ro, ut sanguinem eorum fundam, ita
ut euellam inde & homines et pecora.
Et Noe, Daniel & Hiob etiam ibi fue-
rint, Viuo Ego, dicit Deus DOMI-
NVS, non liberabunt neq; filios ne-
q; filias, sed tantum animas suas iusti-
cia sua.

LEGE EZECH. XVI. EGRE-
giam similitudinem contra contemptum
uerbi & cultum alienum, & de pacto fi-
ue fide prima, de qua Paulus. Primam fi-
dem, inquit, irritam fecerunt.

REMISSIO PECCATORVM
pœnitentibus. Ezech. xviij.

Et factum est uerbum DOMINI ad
me dicens.

CVR iactatis inter uos in terra Isra-
el prouerbium hoc & dicitis,
Patres comederunt immatura, sed den-
tes filio-

tes filiorum inde stupescunt?
Viuo Ego, dicit Deus DOMINVS,
hoc prouerbium non erit ultra inter
uos in Israel.
Ecce enim, Omnes animę sunt meæ, tam
anima patris quam anima filij.
Anima quæ peccauerit ipsa morietur.
Cum aliquis est iustus, qui facit secundū
Ius & Iusticiam.
Qui non edit super montes, nec leuat o-
culos suos ad Idola domus Israel.
Qui non polluit uxorem proximi sui,
nec accedit ad menstruam.
Qui nemini facit iniuriam, qui reddit de-
bitori pignus ipsius, nec ui quicquam
rapit ab alio.
Qui dat esurienti de pane suo, & nudum
uestit.
Qui non fœneratur, nec fraudat in ne-
gotijs.
Qui auertit manum suam ab iniusticia,
qui inter dissidentes recte iudicat.
Qui ambulat secundum iura mea, & ser-
uat mandata mea ut serio faciat secun-
dum ea.

Hic est iustus, hic certo uitam habebit, dicit Deus DOMINVS.

Cum autem genuerit filium, qui sit homicida effusor sanguinis aut aliquid horum facit, & aliorum nihil facit.

Sed comedit super montes, & polluit uxorem proximi sui.

Iniuriam facit pauperibus & derelictis, ui quicquam rapit ab alio.

Non reddit pignus, leuat oculos suos ad Idola quæ est abominatio.

Fœneratur, et fraudat in negotijs.

Is scilicet uiueret? certe non uiuet.

Sed quia istas abominationes fecit morte morietur, Sanguis eius sit super ipsum.

Si autem iste genuerit filium, qui uidet omnia ista peccata patris sui, & metuens non facit ea,

Nec edit super montes, aut leuat oculos suos ad Idola domus Israel

Non polluit uxorem proximi sui, nemini facit iniuriam.

Non

Non retinet pignus, nec ui rapit quicquam ab alio.

Dat esurienti de pane suo, & nudum uestit.

Qui auertit manum suam ab iniustitia, non fœneratur nec fraudat in negocijs.

Sed seruat mandata mea, & uiuit secundum iura mea.

Hic non morietur propter iniquitatem patris sui, sed uiuet.

Pater autem eius qui ui & iniuria egit, & fecit quod non licet in populo suo.

Ecce ille morietur, propter iniquitatem suam.

SED DICITIS. QVARE non portet filius iniquitatem patris sui?

Propterea uiuet, quia recte & bene fecit, & omnia Iura mea præstitit & seruauit:

Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur.

Non portabit filius iniquitatem patris,
nec pater iniquitatem filij.
Sed iustitia iusti sit super ipsum, & iniu-
stitia iniusti sit super ipsum.
Si autem conuersus fuerit impius, ab om-
nibus peccatis suis quæ fecit.
Et seruat omnia Iura mea, facitq; bene &
recte, uiuet & non morietur.
Omnium uero iniquitatum eius quas fe-
cit, ne memoria quidem erit.
Sed uiuet propter iustitiam, quam nunc
facit.
Nunquid desidero mortem impij, dicit
Deus DOMINVS, & non potius ut
a uia sua mala conuertatur & uiuat?
Porro si iustus auertitur a sua iustitia, &
facit malum,
Et agit secundum omnes abomination-
nes, quas impius facere solet.
Is scilicet uiueret? Omnium iustitiarum
eius quas fecit, ne memoria quidem
erit.
Sed in impietate, & peccatis suis quæ fe-
cit morietur. Et ta-

Et tamen dicitis, Non iuste facit DO-
MINVS.
Audite ergo uos qui estis ex domo Isra-
el, nonne ego iuste facio, uos autem
iniuste?
Nam quando iustus auertit se a sua iu-
stitia & facit malum, morietur, sed
propter maliciam suam.
Rursum cum impius auertit se a sua iniu-
stitia, quam fecit, et facit nunc recte &
bene, is seruabit animæ suæ uitam.
Timet enim & conuertit se a sua malicia,
ergo uiuet & non morietur.
Et tamen dicunt qui sunt ex domo Isra-
el, non iuste facit Dominus.
Ego scilicet iniustus essem? Vos ex do-
mo Israel iniusti estis.
Ideo iudicabo uos qui estis ex domo Isra
el, unumquenq; secundum uias suas,
dicit Deus DOMINVS.
Conuertimini ergo ab omni transgressi-
one uestra, ne cadatis propter iniqui-
tatem.
Abijcite a uobis omnes transgressiones

uestras quibus estis transgressi, & facite uobis cor nouum et spiritum nouũ.
Quare enim ita morereris, o domus Israel?
Quia nolo mortem morientis, dicit Deus DOMINVS, ideo conuertimini & uiuetis.

PRAEDICATOR EST VT Speculator, tuba admonens de periculo. Ezech. xxxiij.

FILI hominis, Speculatorem ego te constitui, domui Israel.
Quando audis aliquid ex ore meo, ut admoneas eos ex me.
Cum dico impio, Tu impie morte moreris.
Et tu hoc non dicis impio, ut abstineat a uia sua.
Ipse quidem impius propter impietatem suam morietur, sed sanguinem eius ex manu tua requiram.
Si autem admonueris impium uiæ suæ, ut ab ea conuertatur, nec ipse uult conuerti a uia sua. Ipse

Ipse propter peccata sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.

PASTORES MALI. CHRIstus pastor bonus. Ezech. xxxiiij.

Fili hominis Propheta contra pastores Israel & dic eis.

VAE pastoribus Israel, qui pascunt semetipsos, an nõ pastorum est pascere gregem?
At uos pinguedinem comeditis, lana uestimini, & quod crassum est mactatis, oues uero pascere non uultis.
Debiles non curatis, ægrotas non sanatis, uulneratas non alligatis, errantes non reducitis, perditas non quæritis.
Sed dure & cum sęuitia dominamini eis, & dispersæ sunt oues meæ, ut quæ nõ habent pastorem.
Et factæ sunt esca omnibus feris, & penitus dispersæ sunt.
Et eunt errantes super montes, & super eleuatos colles, & dispersæ sunt per totam terram.

Nemo

Nemo est qui eas requirat, aut curam de eis gerat.

Propterea audite uos Pastores uerbum DOMINI, Viuo Ego dicit DOMINVS.

Quia derelinquitis oues meas in rapinam, & meum gregem omnibus feris in escam, quando non habent pastorem, nec mei Pastores gregem meum curant.

Pastores se pascentes, non autem oues meas.

Ideo uos Pastores audite uerbum DOMINI, sic dicit Deus DOMINVS.

Ecce ego agam contra Pastores, et requiram gregem meum ex manibus eorū.

Et faciam eos cessare, ne sint ultra Pastores, nec ultra pascant semetipsos.

Eruam oues meas ex ore eorum, ne amplius uorent ipsas.

SIC enim dicit Deus DOMINVS, Ecce Egoipse curam geram ouium mearum. Et re-

Et requiram oues meas, sicut Pastor requirit oues suas quæ aberrauerunt a grege.

Ita requiram oues meas, & eruam ex omnibus locis quò dispersæ fuerant in tempore tempestatis & caliginis.

Educam eas ex omnibus populis, et congregabo ex omnibus terris in terram suam.

Et pascam eas super montes Israel, & in omnibus pratis & pascuis terræ.

Ducam eas ad pascua uberrima, & caulæ eorum stabunt in excelsis montibus Israel.

Ibi accubabunt in caulis iucundis, pascentur pingui pabulo super montes Israel.

Egoipse pascā oues meas, Ego accubare faciam eas, dicit Deus DOMINVS.

Perditam requiram, errantem reducam, uulneratam alligabo, debilem curabo, pinguem & fortem seruabo, pro singulis agam iuste.

VOBIS autem qui estis grex meus, sic dicit Deus DOMINVS.

Ecce

Ecce ego iudicabo inter oues & oues, & arietes & hircos.
An non satis est hoc uobis, quod tam bona pascua habetis atq; cum copia ita ut pedibus conculcetis.
Et tam iucundos fontes ad bibendum & ita cum copia, ut ingredientes turbetis eos.
Vt edant oues meæ quæ conculcastis, & bibant quæ pedibus uestris turbastis?
Ideo sic dicit Deus DOMINVS ad eos, Ecce ego iudicabo inter pingues & macilentas oues.
Eo quod recalcitratis pedibus uestris, & debiles extruditis cornib⁹ uestris, donec omnes a uobis dispergatis.
Ego saluabo gregem meum, ne sit amplius præda, & iudicabo inter oues & oues.

EGO Pastorem unicum suscitabo eis qui pascet eas, uidelicet seruum meum Dauid.

Hic pascet eas, & erit Pastor earum.
Et ego DOMINVS ero Deus earum, Dauid autem seruus meus erit Princeps inter eas, Hoc dico Ego DOMINVS.
Et faciam cum eis Fœdus, & exterminabo omnes malas bestias.
Vt oues secure habitent in deserto, & dormiant in syluis.
Ego eis & omnibus collibus meis circunquaque benedicam, & pluam ibi commodo tempore.
Hæ benedictionis pluuiæ erunt, ut producant arbores agri fructum suum, & terra prouentum suum.
Et secure habitabunt in terra, & cognoscent quod ego sum DOMINVS, ubi fregi iugum ipsarũ, & redemi eas ex manu illorum quibus seruiebant.
Tunc non erunt ultra Gentibus præda, nec ulla bestia super terram edet eas, sed secure habitabunt nihil metuentes.
Et suscitabo eis multum prędicatam plan

tatio

tationem, ne ultra esuriant in terra, nec
opprobrium suum amplius ferant inter Gentes.

Et cognoscent quod Ego DOMINVS Deus eorum cum ipsis sum, & quod ipsi de domo Israel sunt Populus Meus, dicit Deus DOMINVS

Atq; adeo uos homines eritis grex pascuæ meæ, & Ego ero Deus Vester, dicit Deus DOMINVS.

CONTRA GLORIANTES & blasphemantes Gentes, populo promittitur gratia reductionis.

EZECEH. xxxvj.

PROPHETA de terra Israel, & dic montibus & collibus, torrentibus & uallibus, sic dicit Deus DOMINVS.

Ecce Ego locutus sum in zelo & furore meo, postquam fertis tale opprobrium a gentibus.

Dicit itaq; sic Deus DOMINVS, Leuo manum meam iurans, quod Gentes uicini uestri circunquaq; uicissim ferent ignominiam suam.

Vos autem montes Israel florebitis & producetis fructum uestrum populo meo Israel, hoc fiet breui.

Ecce enim conuertar ad uos, & respiciam uos, ut colamini & sementem suscipiatis.

Et multiplicabo in uobis homines uniuersam penitus domum Israel, ut habitentur ciuitates & deserta ædificentur.

Daboq; uobis multitudinem hominum & iumentorum, ut multiplicemini & crescatis,

Et restituam uos ut sitis sicut olim fuistis, benefaciamq; uobis plus quam ante, & cognoscetis quod Ego sum DOMINVS.

Adducam uobis homines, qui sint populus meus Israel.

Illi possidebunt te, & tu eris hæreditas eorum, neq; ultra eris absq; hæredibus.

Sic dicit Deus DOMINVS, Quando hoc dicitur de uobis, Tu uorasti homines multos, & fecisti populum

tuum esse absq; hæredibus.
Ideo posthac non uorabis homines, nec
populum tuum facies esse absq; hære
dibus, dicit Deus DOMINVS.
Non faciam te ultra audire blasphemiam
Gentium, & opprobrium Gentium
posthac non feres.
Non facies ultra populũ tuum absq; hæred
dibus, dicit Deus DOMINVS.

ET factum est uerbum DOMINI
ad me dicens, Fili hominis.
Quando domus Israel habitauit in terra
sua, & illam polluerunt uijs & studijs
suis.
Vt esset uia eorum coram Me, tanquam
immundicia mulieris menstrua patie
entis.
Tũc effundebam super eos furorem meũ
um, propter sanguinem quem effun
debant in terra illa, quam & propha
nauerant Idolis suis.
Et ego dispersi eos inter gentes, & fugaui
eos per terras, & iudicaui eos secun
dum uias & studia ipsorum. Et fa

Et facti sunt similes gentibus ad quas ue
nerunt, & prophanauerunt nomen
sanctum meum.
Vt diceretur de eis, Hiccine est populus
DOMINI, qui ex tra eiꝰ egressus est?
Sed ego peperci propter nomen sanctũ
meũ quod prophanabat domus Isra
el inter gentes ad quas uenerunt.
Iccirco dices domui Israel, Sic dicit Deus
DOMINVS.
Nequaquam facio propter uos qui estis
de domo Israel, sed propter sanctum
nomen meum, quod prophanastis in
ter gentes ad quas uenistis.
Ego enim sanctificabo Magnum nomen
meum, quod per uos coram gentibus
prophanatum est.
Et cognoscent gentes quod Ego sum
DOMINVS, dicit Deus DOMI
NVS, cũ declarauero me erga uos co
ram eis quod Ego sanctus sum.
Ego enim ex Gentibus assumam uos, &
congregabo uos ex omnibus terris, et
reducam uos in terram uestram.

Tunc effundam ſuper uos aquam mun-
dam, ut mundi fiatis.
Ab omnibus immundicijs ueſtris, & ab
omnibus Idolis ueſtris ego mundabo
uos.
Et dabo uobis cor nouum, & Spiritum
nouum intra uos.
Cor uero lapideum auferam ex carne uo-
ſtra, & dabo uobis cor carneum.
Dabo ſpiritum meum intra uos, & efficia-
am uos tales homines qui in præce-
ptis meis ambuletis, iura mea ſeruetis
& præſtetis.
Et uos habitabitis in terra, qnam dedi pa-
tribus ueſtris.
Et eritis populus meus, & Ego ero De-
us ueſter.
Et ego liberabo uos, ab omnibus immun-
dicijs ueſtris.
Et mandabo frumento ut bene proue-
niat, & non ſinam uos eſurire.
Multiplicabo fructus arborum & agro-
rum, ne propter famen ſitis amplius
opprobrium gentium. Tunc

Tunc recordabimini uiarum ueſtrarum
peruerſarum, & ſtudiorum ueſtro-
rum quæ non erant bona, & dolebitis
de ueſtris peccatis & Idolatria.
Hæc faciam, non propter uos, dicit De-
us DOMINVS, hoc ſcitote.
Sed pudefietis & erubeſcetis qui eſtis ex
domo Iſrael de uijs ueſtris.

SIC dicit Deus DOMINVS, In
illo tempore quando mundabo uos
ab omnibus peccatis ueſtris.
Faciam rurſum habitari ciuitates, & de-
ſerta reædificabuntur.
Coletur rurſum terra quæ uaſtata eſt,
propterea quod deſolata fuit.
Vt uideant omnes pertranſeuntes & di-
cant, Hęc terra erat deſolata, nunc eſt
ut hortus uoluptatis.
Hæc loca erant uaſtata, lacerata & uacua,
nunc autem firmiter ædificata ſunt.
Et Gentes quæ circum uos manſerunt
reliquæ, cognoſcent quod Ego ſum
DOMINVS qui ædifico quæ la-

cerata,& planto quæ uaſtata fuerunt.
Ego DOMINVS hoc dico, & hoc ipſũ præſto.
Sic dicit Deus DOMINVS rurſum requirar a domo Iſrael, ut declarem me erga ipſos.
Ego multiplicabo eos ut gregem,ut gregem ſanctum,ut gregem in Ieruſalem in feſtis ipſorum.
Tunc deſolatę ciuitates erunt plenę gregibus hominum,& cognoſcent quod Ego ſum DOMINVS.

PARABOLA DE REDVctione,inde ſumpta quod Deus reſuſcitat mortua, ut fiet perfectiſsime in ultima reſurrectione,et uocat ea quę non ſunt Roma. iiij. ut credamus in ſpem præter ſpem etc. Ezechie.xxxvij.

APprehendit me manus DOMINI,& eduxit me in Spiritu DOMINI,ſtatuitq; me ſuper campum latiſsimum,plenum oſsibus mortuorũ, & circunduxit me per ea.

Et ecce, ualde multa oſsa erãt in campo, & ecce erant arefacta, & dixit ad me.
Fili hominis, putas nẽ hæc oſsa reuictura? ego autem dixi Deus DOMINE tu hoc noſti.
Et dixit ad me,Propheta de his oſsibus, & dic ad ea.
Vos arefacta oſsa,audite uerbum DOMINI, ſic dicit Deus DOMINVS de his oſsibus.
Ecce Ego adducam halitum in uos ut uiuatis.
Dabo uobis neruos, & faciam creſcere carnem ſuper uos ueſtiamq; cute,& dabo uobis halitum & uiuetis.
Et cognoſcetis,quod Ego ſum DOMINVS.
Prophetaui igitur,quemadmodum mihi mandatum erat.
Et ecce factus eſt tumultus magnus,dum prophetabam,et oſsa coniungebantur quodq; ad ſuum os.
Vidi,& ecce creuerunt ſuper ea nerui & caro,& ipſe ueſtiuit ea cute,ſed nondũ erat in eis halitus.

Et dixit ad me, Propheta ad uentum, Fili hominis, Propheta & dic ad uentum. Sic dicit Deus DOMINVS.

Vente huc uenito ex quatuor plagis terræ, & inspira in hosce mortuos ut reuiuiscant.

Et Prophetaui ut ipse mandauerat mihi, & uenit halitus in ea, & reuixerunt, steteruntq; super pedes suos, & erat multitudo eorum magna ualde.

Et ipse dixit ad me, Fili hominis, Hæc ossa sunt tota domus Israel.

Ecce nunc dicunt ipsi, Nos sumus ossa arefacta, spes nostra perijt, perditi sumus.

Propheta ergo & dic eis, Sic dicit Deus DOMINVS.

Ecce ego aperiam sepulchra uestra, & educam uos populum meum ex eis, & inducam uos in terram Israel.

Et cognoscetis quod Ego sum DOMINVS, ubi aperui sepulchra uestra, & uos populum meum eduxi ex eis.

Et dabo intra uos Spiritum meum, ut

rursum uiuatis, et restituam uos in terram uestram, & cognoscetis quod Ego sum DOMINVS.

Ego hæc loquor & præsto, dicit DOMINVS.

ET factum est uerbum DOMINI ad me dicens, Fili hominis.

Fac tibi lignum unum, & scribe super illud Iudam & filios Israel, cum contribulibus eorum.

Præterea fac & alterum lignum & scribe super illud Ioseph et tribum Ephraim, & totam domũ Israel cum contribulibus eorum.

Et pone alterum ad alterum, ut fiat unũ lignum in manu tua.

Cum uero dixerit tibi populus tuus, Nõ uis nobis indicare quid per hęc uelis? dic eis. Sic dicit Deus DOMINVS.

Ecce Ego accipiam lignum Ioseph qui est in manu Ephraim cum eorum contribulibus tribubus Israel.

Et coniungam eos ad lignum Iuda, & ex

utrisq; faciam lignum unum, ut sint unum in manu mea.
Et tenebis ligna super quæ scripsisti, in manu tua ipsis uidentibus.
Et dic ad eos, sic dicit Deus DOMINVS.
Ecce ego adducam filios Israel ex Gentibus quò abierunt.
Et congregabo eos undiquaq;, & reducam eos in terram suam.
Et faciam ex eis Vnicum populũ, in terra super montana Israel, & omnes simul Vnicum habebunt Regem.
Nec diuidentur amplius, in duos populos aut duo regna.
Nec polluent sese ultra suis Idolis, & abominationibus & multiplicibus peccatis.
Ex omnibus locis eruam eos in quibus peccauerunt, & mundabo eos.
Et erunt populus meus, & Ego ero Deus eorum.
Et seruus meus Dauid erit Rex eorum & omnium eorum Vnicus Pastor.
Et ambulabunt in Iuribus meis, seruabunt Mea præcepta & præstabunt.

Habitabuntq; super terram quam dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres uestri.
Ipsi & filij eorum & filij filiorum, habitabunt in ea in æternum.
Et seruus meus Dauid, in æternum erit Princeps eorum.
Et faciam cum eis Fœdus pacis, id quod erit fœdus æternum cum eis.
Et conseruabo & multiplicabo eos, & Sanctuarium meum erit inter eos in æternum.
Et habitabo inter eos, eroq; Deus eorũ, & ipsi populus meus, ut & Gentes cognoscant quod Ego sum DOMINVS qui sanctificat Israelem.
Meum enim Sanctuarium, erit inter eos in æternum.

DE GOG ET MAGOG, ID est, Turcis, qd̃ potentes sunt propt̃ peccata nostra, et de p̃ditione eorꝝ, lege duo capita Ezech. 38. & 39.

Post

EX DANIELE.

POST MENTIONEM quatuor regnorum, de Regno Christi, Danielis. 2.



N DIEBVS REgnorũ illorum ſuſcitabit Deus cœli Regnum, quod non ũa ſtabitur in æternum. Et Regnum eius non tranſibit, ad populum alium.

Illud hæc omnia regna comminuet & uaſtabit, ipſum autem permanebit in æternum.

Quemadmodum uidiſti lapidem, auulſum a monte ſine manibus, qui comminuit ferrum, æs, teſtam, argentum & aurum.

ET POST MAHOMETI cum Turcam, Daniel. vij.

HAEC uidi donec throni ponebantur & Antiquus ille ſedebat. Eius

Eius ueſtis erat ut nix alba, crinis capitis ut lana munda.

Thronus eius erat ut flammæ ignis, & igne ardebant rotæ eius, & ex eis egrediebatur in longum igneus radius.

Mille milia miniſtrabant ei, et decies centum milia ſtabant coram eo.

Ibi ad iudicandum ſedebatur, & libri aperiebantur.

Aſpexi uero propter grandia uerba, quæ loquebatur cornu illud.

Aſpexi donec occiſa eſt Beſtia & perijt corpus eius, & conijciebat in ignem. aliarumq; beſtiarum potentia ablata eſt.

Quia tempus erat definitum & hora, quamdiu unaquæq; duraret.

Vidi in hac uiſione noctu, Et ecce uenie bat quidam in nubibus cœli ſicut alius cuius hominis filius, uſq; ad Antiquũ, & adducebatur ad ipſum.

Ipſe uero dedit ei poteſtatem, gloriam & Regnum, ut ſeruiant ei omnes populi, nationes & linguæ.

Poteſtas

Potestas eius est potestas æterna, quæ nunquam abolebitur, & Regni eius non est finis.

Ego Daniel ex his terrebar, & turbabant me hæc uisio.

Et accessi ad unum ex illis qui illic stabant, et rogaui ut hæc omnia certo interpretaretur mihi, Is locutus mecū indicauit quid hæc sibi uellent.

Hæ quatuor magnæ bestiæ sunt quatuor Regna, quæ consurgent super terram.

At Sancti Altissimi suscipient Regnum, & possidebunt illud perpetuo & in æternum.

Et uidi cornu illud pugnare contra Sanctos, & uictoriam obtinuit contra eos, donec uenit Antiquus, & iudicium præstitit pro Sanctis Altissimi.

Et tempus aduenit, & Sancti susceperunt Regnum.

Et dixit Angelus, Quarta bestia erit quartum Regnum super terram, quod potentius erit omnibus regnis.

Omnes

Omnes terras uorabit, conculcabit, comminuet.

Decem cornua eius sunt decem Reges, qui exurgent ex eodem Regno.

Post quos surget alius, qui erit potentior quam quisquam ex prioribus, & tres Reges humiliabit.

Is blasphemabit Altissimum, & Sanctos Altissimi uastabit, & præsumet mutare tempora & legem.

Tradentur autem in manus eius, per tempus & tempora & dimidium temporis.

Post hoc erit Iudicium, tunc auferetur eius potestas, ut funditus deleatur & pereat.

Regnum autem, potestas & potentia sub toto cœlo, dabitur Populo Sancto Altissimi, cuius Regnum est æternum.

Et omnis Potestas seruiet, & obediet ei.

Hic erat finis sermonis.

ORATIO DANIELIS.

Danielis, ix.

Orabam

ORABAM AD DOMINV
Deum meum, & confitebar dicens.

AH Domine Deus magne & terr
bilis, qui seruas Pactum & Gr
tiam ijs qui te diligunt & seruant pr
cepta tua.

Nos peccauimus, iniuste egimus, Imp
fuimus & desertores, deseruimus
mandata & Iura tua.

Non audiuimus seruos tuos Prophetas
qui prædicabant in nomine tuo no
stris regibus, principibus, patribus &
omni populo in terra.

Iustus es Domine, nos autem confusi fu
mus, id quod hodie uidere licet.

In populo Iuda & Ierusalem & in toto
Israele, & in illis qui prope sunt, & qui
longe absunt in omnibus terris,

Quò tu abiecisti eos, propter iniquita
tem ipsorum qua peccauerunt contra
te.

Etiam DOMINE Nos, nostri reges
nostri principes & nostri patres erub
bescimus, quod in te peccauimus.

Tua autem Domine Deus noster est mi
sericordia, & remissio.

Nos enim facti sumus desertores, & non
obediuimus uoci DOMINI Dei no
stri, ut ambularem⁹ in lege, quam pro
posuit nobis per seruos suos Prophe
tas.

Totus Israel potius transgrediebatur le
gem tuam, & declinauerunt, ne obe
dirent uoci tuæ.

Iccirco uenit super nos maledictio & exe
ecratio quæ scripta est in lege Mosis
serui DEI, quia peccauimus contra
Eum.

Ipse ergo seruauit uerba sua, quæ locutus
est contra nos & iudices nostros, qui
nobis iudicare debebant.

Ita ut tantum malum miserit super nos,
cuius simile nunquam fuit sub omni
cœlo, quemadmodum Ierusalem ac
cidit.

Quemadmodum scriptum est in lege
Mosis, sic uenit omne hoc grande ma
lum super nos.

Neque orabamus etiam coram DO
MINO Deo noſtro,ut conuerter
mur a peccatis noſtris, & intelligere
mus ueritatem tuam.

Iccirco feſtinauit DOMINVS ho
malo,& miſit ſuper nos.

Iuſtus enim eſt DOMINVS Deus
noſter in omnibus operibus ſuis qua
facit,quia nos non obediuimus uoc
eius.

Eia Domine Deus noſter, qui eduxiſti
populum tuum ex Aegypto manu
forti, & feciſti tibi nomen quemadmo
modum uidere licet.

Nos certe peccauimus,& impiè prohdo
lor fuimus.

Ah Domine propter omnem Iuſticiam
tuam ceſsa ab ira tua & furore concep
to contra ciuitatem tuam Ieruſalem
& montem ſanctum tuum.

Propter noſtra enim peccata & propter
iniquitates patrum noſtrorum, pro
brat opprobrium Ieruſalem & populus
tuus apud omnes circunquaq;. Nunc

Nunc ergo Deus noſter audi orationem
ſerui tui,& obſecrationem eius.

Reſpice propicius ad Sanctuarium tu
um quod deſtructum eſt,propter Do
minum.

Deus meus, inclina aurem tuam & au
di.

Aperi oculos tuos & uide quemadmo
dum uaſtati ſimus,et ciuitas quæ a no
mine tuo appellata eſt.

Proſtrati enim ſumus oratione noſtra co
ram te,non certe fiducia iuſticiæ no
ſtræ ſed miſericordiæ tuæ magnæ.

Ah Domine, audi, Obſecro Domine ſis
propicius. Obſecro Domine,attende
& fac, ne morereis, propter temetip
ſum Deus meus.

Tua enim ciuitas & tuus populus,tuo
nomine uocantur.

SEPTVAGINTA HEBDO
mades,DANIEL. ix.

Gabriel dixit ad me, Nunc egreſsus ſum

ut doceam te, Cum enim precari incipe
res, egressum est hoc mandatum, Et eg
propterea uenio ut indicem hoc tibi, na
dilectus es & charus. Attende ergo v
intelligas uisionem.

SEPTuaginta hebdomades determ
natæ sunt super populum tuum, &
super ciuitatem tuam sanctam.
Tunc abarcebitur transgressio, obsigna
bitur peccatum, & expiabitur iniqu
tas.
Adducetur æterna Iusticia, uisioq; et pro
phetia obsignabitur.
Et vngetur, Sanctus Sanctorum.
Scito ergo & attende. A tempore quan
do egreditur mandatum ut iterum æ
dificetur Ierusalem, usq; ad Christum
Ducem sunt septem hebdomades &
sexaginta duæ hebdomades.
Et plateæ & muri rursum ædificabuntur
quamuis in angustia temporis.
Post autem sexaginta duas hebdomade
occidetur Christus, & nihil inde re
nebit.

Et p

Et populus Principis ueniet, & uastabit
ciuitatem & Sanctuarium, quæ fini
entur quasi diluuio, & usq; ad finem
belli definita erit desolatio.
Ipse autem confirmabit Fœdus multis
hebdomade una, & in medio hebdo
madis cessabit oblatio & Sacrificium.
Et apud Alas stabunt, abominationes
desolationis.
Et definitum est, quod usq; in finem stil
labit super desolationem.

ANTICHRISTVS, EIVS Regnum, cultus & interitus. DANIELIS. xij.

REX faciet quicquid uoluerit. Ex
altabit se & magnificabit se contra
omne quod Deus est.
Et contra Deum Deorum, horrende lo
quetur.
Et hoc prospere succedet ei, donec com
pleatur Ira.
Siquidem definitum est, quam diu hoc sit
duraturum.

Deum patrum suorum non requiret, nec
amorem mulierum aut ullum Deum
curabit, contra omnia enim se magnifi-
ficabit.

Proprium uero suum Deum Maosim lo-
ce illius honorabit, quia Deum quem
non nouerunt patres eius honorabit
auro, argento, lapidibus pretiosis &
splendido ornatu.

Et multiplicabit gloriam ijs qui muni-
unt secum Moasim cum Deo alieno
quem ipse elegit.

Et faciet eos dominari super multa bona
& terram distribuet eis loco mercedis.

ET IN FINE INVEHETur
in eum Rex Austri, & rex Aquilonis resistet illi munitus curribus, equitibus & multis nauibus.

Et irruet in terras, & uastabit & pertransibit.

Et in terram Inclytam irruet, & multi cadent.

Isti

Isti autem euadent ex manu eius, Edom, Moab, & Principium filiorum Ammon.

Et mittet potestatem suam in terras, & terra Aegypti non euadet.

Sed dominabitur per profectionem suam thesauris auri & argenti & super omnia preciosa Aegxpti, lybiæ & Aethiopiæ.

At uero Fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone, & egredietur in magno furore uolens delere & perdere multos.

Et extendet tentorium palatij sui inter duo maria, circum Inclytum Sanctum Montem.

Donec ueniat finis eius, & Nemo auxiliabitur Ei.

In illo tempore consurget magnus Princeps Michael, qui stat pro populo tuo.

Quia erit tempus tribulationis qualis nō est facta, postquam homines esse cœperunt usq; ad illud tempus.

In illo tempore liberabitur populus tu
us, omnes qui in libro scripti sunt.
Et multi, qui dormiunt sub terra, eurg
labunt, alij ad uitam æternam, alij a
opprobrium æternum & ignomini
am.
Doctores autem lucebunt sicut splendo
cœli, & qui multos conuertunt ad ius
stitiam ut stellæ perpetuo & in æter
num.
Tu uero Daniel absconde sermones ho
& obsigna hanc scripturam usq; ad
tempus finis.
Tuncaccedent ad eam multi, & inuenie
ent intelligentiam magnam.

ET ego Daniel uidi, & ecce duo alij
stabant ibi, alter ad hanc ripam flu
minis & alter ad alteram.
Et dixit ipse ad eum qui indutus erat li
neis qui stabat superius ad flumen,
quando erit finis horum mirabilium?
Et attendebam ad illum qui indutus era
lineis, qui superius stabat ad flumen.
Et le

Et leuauit dexteram & sinistram suam,
& iurauit per eum qui uiuit in æter
num, quod hoc durabit per tempus &
tempora & dimidium temporis.
Et quando finem habet dispersio populi
Sancti, tunc fient omnia ista.
Ego audiui quidem hoc sed non intelle
xi, & dixi, Domine mi quid erit po
stea?
Ipse autem dixit, Vade Daniel, quia hoc
absconditum & obsignatum est usq;
ad tempus finis.
Multi purificabuntur, igne examinabun
tur & probabuntur, impij autem im
pie agent.
Impij hæc non curabunt, Intelligentes
autem hæc obseruabunt.
A tempore cum ablatum fuerit iuge sa
crificium & Abominatio desolatio
nis posita fuerit, sunt mille, ducenti &
nonaginta dies.
Beatus est ille qui expectat, donec attin
gat dies mille, trecentos & triginta
quinq;.

Tu uero Daniel uade donec finis ue-
niat,& quiesce, ut surgas in sorte tua
in fine dierum.

EX HOSEA:

DE IVDAEIS ET GENTI-
bus misericordiam consecutis, qui
iudicant & condemnant ma-
trem suam Synagogam, ut
ab adulterio reuertatur
ad maritũ Deum.
HOSEAE.ij.

ERIT NVMERus
filiorum Israel ut arena
maris,quæ neq; mensu-
rari neq; numerari pos-
test.

Et futurum est, ut in
loco ubi dictum est ad
ipsos,uos non estis Populus meus,ibi
dicatur ipsis,O filij Dei uiuentis.
Congregabuntur enim filij Iuda & filij
Israel

Israel simul, & adhærebunt pariter
Vni Capiti.
Et ascendent ex terra, quia magnus erit
ille dies Iesreel.

DICITE FRATRIBVS
uestris quod sunt Populus me-
us,et sorori uestræ quod est misericor-
diam consecuta.
Proferte sententiam contra matrem ue-
stram, quod non est uxor mea, neq;
ego agnosco eam.
Iubete ut auferat a se scortationes suas,
& adulteria sua ab uberibus suis.
Ne expoliem & denudem eam, & faci-
am eam qualis erat quando nasceba-
tur.
Quasi solitudinem, quasi arentem ter-
ram, ut siti moriatur, & Ego non mi-
serear filiorum eius.
Adulterini enim filij sunt, & scortum
est mater eorum, uiuitque turpissime
quæ eos in utero gestauit.

Et ipsa

Et ipſa dicit, Sequar amatores meos, qui dant mihi panem, aquam, lanam, linum, oleum & potum.

Ideo ecce, Ego intercludam uiam tuam ſpinis, & interponam parietem, ne ueniat uiam ſuam.

Sequenſq; amatores ſuos non appræhendat ipſos, & quærens non inueniat eos, ut dicat.

Reuertar ad Virum meum priorem, quia pud quem tunc melius mihi erat quàm nunc.

Siquidem agnoſcere nō uult, quod Ego ſum qui do ipſi frumentum, muſtum & oleum.

Donans ipſam plurimo argento & auro, unde ipſi fecerunt pro Baal.

Iccirco ego auferam in tempore commodo, frumentum meum & muſtum.

Et auferam lanam & linum meum, quibus tegit ignominiam ſuam.

Nunc reuelabo turpitudinem eius coram oculis amatorum eius, & nemo eripiet eam ex manu mea. Et ſa-

Et faciam ceſsare omne gaudium eius, Feſta, Neomenias, Sabbata, & omnes Ferias eius.

Vaſtabo uites & ficulneas eius, quia dicit, Hæ ſunt mercedes meæ, quas dant mihi amatores mei,

Mutabo ea in ſyluam, ut beſtiæ ſylueſtres depaſcantur ea.

Atq; ita uiſitabo contra ipſam dies Baalim, quibus thura incendit.

Et ornat ſe frontalibus & monilibus, ſequiturq; amatores ſuos, & Mei oblitus uiſcitur, dicit DOMINVS.

PRopterea ecce, Ego allicíam eam, & adducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.

Ibi dabo ei uineas ſuas ex eodem loco, & uallem Achor, ad aperiendam ſpem.

Et ibidem cantabit ut olim in tempore iuuentutis ſuæ, quando exibat ex Aegypto.

Tunc, inquit DOMINVS, uocabis Me, Maritus meus, & non uocabis

Me

Me ultra, Baal meus.

Ego enim auferam ab ore eius nomina Baalim, ne sit talium nominum amplius mentio.

Tunc ego statuam eis Pactum cum feris, cum uolucribus sub cœlo & cum reptili terræ.

Et abolebo a terra arcum, gladium & bellum & secure faciam ipsos habitare.

Desponsabo Te mihi in æternum, copulabo Me Tibi in Iustitia & Iudicio, in Gratia & Misericordia.

Atque adeo in Fide desponsabo Te Mihi, & Tu cognosces DOMINVM.

Tunc, inquit DOMINVS, exaudiam, Ego exaudiam cœlos, & cœli exaudient terram.

Terra uero exaudiet frumentum, mustum & oleum, & hæc ipsa exaudient Iesreel.

Et ut Ipsa sit Semen seruabo Eam Mihi super terram, & miserebor illius quæ erat Absque gratia. Et dicam

Et dicam illi qui non erat populus meus, Tu es populus meus, & ipse dicet, Tu es Deus meus.

ET CAPITE TERTIO.

FILIII ISRAEL MANEbunt diebus multis absque Rege, absq; principe, absque sacrificio, absque altari, absque ueste sacra, non habentes Sancta.

Postea conuertentur filij Israel, & requirent DOMINVM Deum suum, & Regem suum Dauid.

Et glorificabunt DOMINVM & Gratiam eius, in tempore nouissimo.

CONTRA VITIA POST tractatam fidem, Atq; hæc sunt fructus infidelitatis et ficti cultus Dei, Hoseę. iiij.

AVDITE VERBVM DOMINI uos filij Israel, quia DOMINVS habet causam increpandi habitatores terræ.

Non e

Non enim est in terra fidelitas, dilectio aut ullum uerbum Dei.
Sed potius blaspemia, mendacium, homicidium, furtum & adulterium inundauerunt, & alius reatus sanguinis alium trahit.
Ideo lugebit terra, & pessime habebunt omnes habitatores eius.
Abripientur enim etiam bestiæ agri, uolucres sub cœlo, & pisces maris.
Nemo (aiunt) obiurget, Nemo increpet, Populus tuus est sicut qui increpant ipsos Sacerdotes.
Iccirco tu cades interdiu, & Propheta nocte iuxta te corruet, Ita iudicabo matrem tuam.

POpulus meus perit, quia discerenō uult.
Tu uerbum Dei abijcis, Ideo Ego uicissim te abijciam ne sis Sacerdos mens.
Obliuiscēris legis Dei tui, ideo obliuiscar & Ego filiorum tuorum.
Quanto plures fiunt, tanto magis in Me peccant.

Ideo gloriam eorum mutabo in ignominiam.
Expiationes populi mei comedunt, & leuant animas suas ad peccata eorum.
Eueniet ergo populo, id quod Sacerdotibus.
Visitabo enim contra eos studia ipsorum, & reddam eis ut merentur.
Vt edant & non saturentur, scortentur & non habeant successum.
Quia DOMINVM dereliquerunt, nec curant ipsum.
Scortatio, uinum & mustum, efficiunt fatuos.
Populus meus interrogat Lignum suum, & a Baculo suo quærit prædictionem.
Spiritꝰ enim scortationum seducit eos, ut contra Deum suum scortentur.
Super summitates montium sacrificant, & super colles thura incendunt, & sub quercubus, sub tilijs & sub fagis, quia ista præstant iucundam umbram.

Ideo ſcorta fiunt filiæ ueſtræ, & ſponſæ ueſtræ adulteræ.

Nec impediam, quo minus filiæ ueſtræ & ſponſæ ueſtræ ſtuprentur & ſcorta fiant.

Poſtquam alium Dei cultum erigitis cum ſcortis, & ſacrificatis cum meretricibus.

Stultus enim populus, quærit plagas.

ISRAEL ſi tu ſcortari uolueris, non delinquat uel Iuda.

Nolite ire ad Gilgal, neq; aſcendite ad Beth Auen, neq; iurate, Viuit DOMINVS.

Iſrael enim currit ut uacca indomita, ideo DOMINVS eos paſci faciet ut agnum in loco erroris.

Nam Ephraim aſsociatus eſt idolis, dimitte ergo eum ſibi.

Ebrietati & ſcortationi addixerunt ſe, dominatores eorum gaudent excitare ſcandala.

Ventus ſuis alis abiget eos uinctos & confundentur a ſacrificijs ſuis.

IN DIVITIIS ET PROſperitate impij manent homines, pauperes effecti euangelizantur. Hoſeæ 6.

PRINCIPES Iuda ſunt ut illi qui transferunt limites agrorum, ideo effundam ſuper eos iram meam uelut aquam.

Ephraim uim patitur & premitur, id quod iuſte accidit ei, quia tradidit ſeſe mandatis hominum.

Tinea ſum populo Ephraim, & uermis domui Iuda.

Cum autem ſentiret Ephraim ægritudinem ſuam & Iuda uulnera ſua, abijt Ephraim ad Aſsur & miſit ad regem Iareb.

Sed ipſe non potuit iuuare uos, nec curare uulnera ueſtra.

Ego enim ſum populo Ephraim ut Leo, & domui Iuda ut leunculus.

Ego, Ego ipſe lacero eos & abeo, abduco eos & nemo poteſt eos eruere.

Reuertar in locum meum, donec agnoſcant

scant peccata sua & quærant faciem meam.

IN tribulatione sua, mane quærent me, & dicent.

Venite, reuertamur ad DOMINVM, quia Ipse lacerauit nos, & Ipse sanabit nos.

Ipse percussit nos, Ipse etiam alligabit uulnera nostra.

Ipse uiuificat nos post duos dies, Ipse tertia die recreabit nos, ut uiuamus coram Ipso,

Tunc curæ nobis erit & attendemus ut cognascamus DOMINVM.

Ipse enim exorietur vt iucunda aurora, & ueniet nobis ut pluuia, ut pluuia serotina quæ irrigat terram.

Quam benefaciam tibi Ephraim? quam benefaciam tibi Iuda?

Quia Gratia quam exhibeo uobis est ut nubes matutina, & quasi ros surgens mane se expandens diluculo.

Propterea Ego dolo eos per prophetas & occido eos per uerba oris mei, & iudicium tuum ius prodeat in lucem.

Quia charitatem uolo et non sacrificium, cognitionē Dei & non holocaustum.

CORPORALE REGNVM OB iniquitatem peribit, æternum redibit & spirituale. Hoseæ 13.

COlligata est iniquitas Ephraim, & peccatum eius retentum, dolores parturientis uenient ei.

Ipsi sunt imprudentes filij, erit quando peribunt in periculo filiorum.

At Ego redimam eos ex Inferno, & ex morte eruam eos.

O mors Ego ero Pestis tua, Inferne Ego ero plaga tua.

Veruntamen consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres fructificabit.

Eurus ueniet, DOMINVS a deserto ascendet, & exhauriet fontem eorum & exiccabit scaturiginē eorum. Idem diripiet thesaurum, omnium uasorum desiderabilium.

Samaria erit uastata, inobedientes enim
sunt Deo suo.
Cadent per gladium, paruuli eorum al
lidentur, & pregnantes eorum di
rumpentur.

PROMISSIO SALVTIS POE
nitentibus. Hoseæ 14.

CONVERTERE Israel ad DO
MINVM Deum tuum, quia co
cidisti propter iniquitatem tuam.
Accipite uobiscum hæc uerba, conuer
timini ad DOMINVM & dicite ad
eum.
Remitte nobis omnia peccata, & bene
fac nobis, & offeremus iuuencos la
biorum nostrorum.
Assur non iuuabit nos, neq; ultra ascen
demus super equos.
Nec dicemus posthac ad opera manuu
um nostrarum, uos estis Deus nos
ster.
Sed potius pupilli, inueniant apud te
Gratiam.

Et Ego sanabo auersionem eorum, lu
bens diligam eos, & auertetur ab eis
ira mea.
Ero Israeli sicut ros, ut floreant uelut
rosa, & germinent radices eius ut Li
banus.
Atq; rami eius sese expandant ut sit ipse
iucundus uelut oliua, & fragrantia
eius ut Libani.
Rursum sedebunt sub umbra eius, ue
scentur frumento, & florebunt ut
uitis.
Memoria eius erit, ut uinum Libani.
O Ephraim ad quid mihi idola? Ego
exaudiam & ducam eum.
Ego ero ut uirens abies, in Me inuenie
tur fructus tuus.
Quis est sapiens ut intelligat hæc, &
prudens qui hæc attendat?
Directæ enim sunt uiæ DOMINI, &
Iusti ambulant in eis, transgressores
autem in illis ipsis corruunt.

CONTEMPTORIBVS PERDI
tio, pœnitentibus corporalia bona &
Regnum Christi. Ioel. 2.



ORAM DOMI
NO contremiscit ter
ra, & commouet cœ
lum.
Sol & luna obscurabi
tur, et stellæ occulta
tant lumen suum.
DOMINVS enim premittet tonitru
um suum, ante exercitum suum.
Nam magnus est exercitus eius & po
tens, qui exequetur mandatum eius.
Dies enim DOMINI magnus est &
terribilis ualde, quis sustinebit eum?
At nunc sic dicit DOMINVS, Con
uertimini ad me ex toto corde ue
stro, ieiunantes, flentes, lamentan
tes.
Scindite corda uestra, & non uestimen
ta uestra, & conuertimini ad DOMI
NVM Deum uestrum. Ipse

Ipse enim est miserator, misericors, lon
ganimis, bonitate præstans, & pœ
nitentes cito de inflicto malo.
Quis scit? Ipse uicissim miserebitur, &
post se relinquet benedictionem, ad
offerendum & libandum DOMI
NO Deo uestro.
CANIE tuba in Zion, sanctificate
aliquod ieiunium, conuocate Ec
clesiam, congregate populum.
Sanctificate Ecclesiam, colligite Senio
res, adducite simul paruulos & su
gentes.
Egrediatur sponsus de cubili suo, &
sponsa de thalamo suo.
Plorent Sacerdotes serui DOMINI,
inter uestibulum & altare, & dicant.
Parce DOMINE populo tuo, & ne
des in opprobrium hæreditatem tu
am, ita ut gentes dominentur ipsis.
Cur permittes ut dicatur inter populos,
Vbi nunc est Deus eorum?
Tunc zelotes erit DOMINVS pro ter
ra sua, & parcet populo suo.

Et DOMINVS respondebit, & dicet ad populum suum.

Ecce, Ego mittam abunde uobis frumentum, mustum & oleum, ut inde abundetis, & non sinam uos ultra confundi inter gentes.

Et abigam longe a uobis illum Aquilonarem, in terram aridam & uastam, uidelicet faciē eius ad mare orientale, & finem eius ad mare extremum.

Computrescet & fœtebit, propter magna quæ fecit.

Ne timeas tu terra, sed gaude & confide, quia & DOMINVS potest etiam magna facere.

Nolite timere uos bestiæ agri, quia germinabunt habitacula deserti.

Et arbores producent fructum suum, ficulneæ & uites abunde fructificabunt.

Et uos filij Zion gaudete, & exultate in DOMINO Deo uestro.

Qui dat uobis Doctores iustitiæ, & demittit uobis pluuiam temporaneam & serotinam sicut ante.

Vt areæ frumento, torcularia plena sint musto & oleo.

Et ego compensabo uobis annos quos deuorauerunt locustæ, bruchus, rubigo, eruca, quæ erant magnus exercitus meus quem emittebam in uos.

Vt edatis ad saturitatem, & prædicetis nomen DOMINI Dei uestri, qui mirabilia fecit inter uos, & non confundetur ultra populus meus.

Et cognoscetis ℣ Ego sum in medio Israel, & ℣ Ego sum DOMINVS Deus uester, & non alius, & non confundetur ultra populus meus.

POST hæc effundam Spiritum meum, super omnem carnem.

Et prophetabunt filij uestri & filiæ uestrę, Seniores uestri somnia habebunt & iuuenes uestri uisiones uidebunt.

Et in diebus illis effundā Spiritum meum, & super seruos & super ancillas.

Et

Et dabo prodigia in cęlo & in terra, u
delicet sanguinem, ignem & uapo
rem fumi.
Sol mutabitur in tenebras, et luna in s
guinem, antequam ueniat dies DO
MINI magnus & terribilis.
Et hoc futurum est, Quicunq; inuoc
uerit nomen DOMINI saluus er
In monte enim Zion et in Ierusalē e
saluatio, quēadmodū DOMINVS
promisit, & apud alios reliquos qu
DOMINVS aduocauerit

IMPVGNATORES IERVSA
lem id est Ecclesiæ, in ipso opere impu
gnationis compræhensi iudicantur &
occiduntur a Deo in ualle Iosaphat pro
pe Ierusalem, quæ ex hoc dicitur uallis
iudicij, qui perire uolunt huc
impingant. Ioel. 3.

MVLTITVDO populi erit cu
cumquaq;, in ualle iudicij.
Quia prope est dies DOMINI, in ua
le iudicij.

Sol & luna obscurabuntur, & stellæ occ
cultabunt lumen suum.
Et DOMINVS ex Zion rugiet, & ex
Ierusalem faciet auditam uocem su
am, ut contremiscat cœlum & ter
ra.
At DOMINVS erit Refugium popu
lo suo, & Munitio filijs israel.
Et cognoscetis quòd Ego DOMI
NVS Deus uester, habito in Zion,
super Montem sanctum meum.
Tunc erit Ierusalem Sancta, & nullus
alienus transibit ultra per eam.
Tunc stillabunt montes suaue uinum,
& colles fluent lacte.
Omnes torrentes in Iuda, erunt pleni
aquis.
Et fons egredietur ex domo DOMI
NI, qui irrigabit fluuium Sittim.
Sed Aegyptus desolata erit, & Edom
fiet desertum squalidum, propter
uim illatam filijs Iuda, quòd effude
derunt sanguinem innocentem in
terra eorum.

Iuda

Iuda autem habitabitur in æternum, &
Ierusalem perpetuo.
Et non ſinam inultum ſanguinem ipſo-
rum, & DOMINVS habitabit
Zion.

EX AMOS.

CONTEMNVNT VERBVM
& cominationes Dei, ettamen ſacri-
ficijs & pſalmis placere uolunt.

Amos. 5.

VAE ILLIS QVI
deſiderant diem DO-
MINI, quid ille uo-
bis?
Dies enim DOMINI
eſt tenebræ, & non
quaquam lux?
Sicut quando quis fugiens leonem in-
cidit in urſum, aut quando aliquis in-
greſsus domum reclinat ad parietem
manum ſuam & mordetur a ſerpente.
Nam dies DOMINI tenebroſus et
non

non lucidus, obſcurus nō ſplendidus?
Ego odi feſtiuitates ueſtras & contem-
no, nec delector incenſo thuris ue-
ſtri in congregatione ueſtra.
Etiam ſi Mihi obtuleritis holocauſtum
& ſacrificium, tamen ea non acce-
ptabo, neq; reſpiciam ad pingues ue-
ſtras oblationes.
Aufer a Me ſtrepitum canticorum tuo-
rum, non mihi libet audire fides pſal-
teriorum tuorum.
Reuelabitur autem Ius ſicut aqua, &
Iuſticia ſicut uehemens fluuius.
Num uos qui eſtis de domo Iſrael ob-
tuliſtis Mihi in deſerto quadraginta
annis ſacrificium & oblationem?
Immo uos portaſtis Sicchut ueſtrum
Regem, & Chiun, imagines ueſtras
ſtellam deorum ueſtrorum, quos ipſi
feceratis uobis.
Transferam igitur uos hinc ultra Da-
maſcum, dicit DOMINVS, qui
uocatur Deus Zebaoth.

Penuria

EX AMOS:

PENVRIA VERBI DEI POST contemptum. Amos. 8.

ECce erit, dicit Deus DOMINVS, quando mittam famẽ ſuper terrã,
Non famem panis aut ſitim aquæ, ſed audiendi uerbi DOMINI.
Vt circumcurſitent ab uno mari ad alterum, ab aquilone ad orientem, quærentes uerbum DOMINI, et tamen non inuenientes.
Tunc deficient præ ſiti pulchræ uirgines & adoleſcentes, qui nunc iurant per Execrationem Samariæ.
Et dicunt, Viuit Deus tuus in Dan, Viuit obſeruatio in Berſeba.
Nam ita corruent, ut non poſſint reſurgere.

ECCLESIA IVDAEORVM ET Gentium per unum Euangelium. Amos. 9.

IN illo tempore, Erigã rurſum tabernaculũ Dauidis qđ collapſum eſt.
Et diruta eius inſtaurabo, & quæ deſtructa ſunt reædificabo. Et

Et ędificabo eos, ut ſint quemadmodum olim.
Vt poſſideant reliquias Edom et reliquias iter omnes Gentes, ſuper quas Prędicatum fuerit Nomen meum, dicit DOMINVS qui facit hæc.
Ecce, dies ueniunt, dicit DOMINVS, ut ſimul aretur & metatur, & ſimul uuæ exprimantur & ſeminetur.
Tunc montes ſtillabunt ſuaue vinum, & omnes colles erunt frugiferi.
Ego enim mutabo captiuitatem populi mei Iſrael, ut ædificent & habitent ciuitates uaſtatas.
Vt plantent uineas bibantq; inde uinum, parent hortos, & fructus ex eis edant.
Plantabo enim eos in Terra ipſorum, ne ultra ex ipſa euellantur quam Dabo eis, dicit DOMINVS Deus tuus.

EX OBADIA.

PERDITIS IDVMAEIS peſsime uolentibus Eccleſię, quidam

saluabuntur ex Zion. Obadiæ. j.



N MONTE Zion quidam saluabuntur, hi erunt Sanctuarium, & domus Iacob dominabitur dominatoribus suis.

Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, domus autem Esau stipula, hanc incendent & uorabunt. Ne sint aliquę reliquiæ domui Esau, quia DOMINVS locutus est.

Et possidebunt Australes montana Esau, & habitatores uallium ipsos: Possidebunt agros Ephraim & Samariæ, & Beniamin possidebit montem Gilead.

Et eiecti ex hoc exercitu filiorum Israel, qui agunt inter Cananæos usq; Zarepath, & eiecti ciuitatis Ierusalem quæ sunt in Sepharad, possidebunt ciuitates Australes.

Et ascendent Saluatores super montem Zion

Zion ut iudicent montana Esau, atq; ita erit Regnum ipsius DOMINI.

EX IONA.

ORATIO IONAE PROphetæ. IONAE. ij.

Et Iona orauit ad DOMINVM Deum suum in uentre ceti dicens.



CLAMAVI AD DOMINVM in angustia mea, et respondit mihi.

Ex uentre Inferni uociferatus sum, & Tu audisti uocem meam.

Proiecisti me in profundum in medio maris, ita ut fluenta circundarent me. Omnes fluctus & undæ tuæ super me transierunt,

Ita ut metuerem me esse proiectũ a conspectu oculorum tuorum, me amplius non uisurum templum sanctum tuum.

Circundederunt me aquæ usq; ad animam, abyssus uallauit me, iuncus re-
xit caput meum.
Mergebar usq; ad fundamenta montiũ terra uectibus concluserat me in æter-
num.
At tu eduxisti ex perditione animam meam, DOMINE Deus meus.
Quando desperabat apud me anima mea a recordatus sum DOMINI, & ora-
tio mea peruenit ad te in Templum sanctum tuum.
Qui confidunt in rebus nihili, Gratiam suam derelinquunt.
Ego autem sacrificabo cum gratiarum actione, uota mea reddam DOMI-
NO, quia adiuuit me.
Et mandauit DOMINVS ceto, & is euomuit Ionam in terram.

CONVERSIO NINIVI-TARVM. IONAE. iij.

ET factum est uerbum DOMINI secundo ad Ionam dicens, Surge

Surge, uade in magnam ciuitatem Nini-uen, & prędica ei prędicationem quã ego loquor ad te.
Surrexit ergo Iona & abiit in Niniuen, ut iusserat DOMINVS.
Niniue uero erat ciuitas Dei, itinere tri-um spacioſa dierum.
Cum autem inciperet ingredi itinere v-nius diei, prædicabat & dicebat.
Adhuc restant quadraginta dies, quan-do Niniue subuertetur.
Et crediderunt homines Niniuitę in De-um, & fecerũt prędicari ut ieiunarent.
Et induerunt saccos & maiores & paru.
Et cum fama peruenisset ad Regem Ni-niue, surrexit ipse de throno suo, abie-cta purpura.
Et induit saccum, & collocauit se in ci-nerem.
Et edicebatur ita in Niniue ex ore Re-gis & Potentum eius.
Neq; homo neq; iumentum aut bos aut ouis gustet quicquam, neq; ad pascua ducantur aut potentur aqua.

Sed tegantur saccis & homines & bestiæ
& clament ad Deum fortiter.
Et quisq; conuertatur a uia sua mala, &
ab iniuria quæ est in manibus ipsius.
Quis nouit? Deus possit se conuertere
& pœnitere, & se auertere a sua furore
te ira, ut non pereamus.
Vidit itaq; Deus opera eorũ, quod con-
uersi essent a uia sua mala, & pœnituit
eum mali quod locutus fuerat ad faci-
endum contra eos, & non fecit.

EX MICHA.

CONTRA POTENTES qui faciunt quod uolunt non quod debent. MICHEAE. ij.

VAE ILLIS QVI meditantur iniurias, & tractant apud se fraudes in cubili suo, ut perficiant mane ubi illuxerit.
Quia potentes sunt, occupant

occupant agros, sibi rapiunt domos quas ipsis libet.
Ita uim inferunt, cuiusq; domui & hæreditati.
Ideo, sic dicit DOMINVS, Ecce Ego cogito malum super progeniem hanc, ex quo non poteritis subducere ceruices uestras.
Neq; incedetis ita superbe, quia erit tempus malum.
Tunc cantabitur de uobis canticum & planctus.
Vere, inquient, uastati sumus, terra populi mei accipit alienum Dominatorem.
Quando reddet nobis quos abstulit agros? Immo ne pars quidem uobis erit in Ecclesia DOMINI.
Dicunt non esse stillandum, nam tales stillationes non tangunt nos, non ita nos confundemur.
Hoc modo sese consolatur domus Iacob, putas DOMINI spiritum esse abbreuiatum? ista scilicet Ipse faceret?

Verum quidem est, Verba mea benigna
sunt, recta ambulantibus.
Sed populus meus insurrexit, ut inimi-
cus.
Rapiunt enim & tunicam & pallium
quemadmodum in bello, ab ijs qui se
curi nihil metuunt sibi.
Vos exigitis muliebres populi mei e
dilectis domibus ipsarum, & auferetis
perpetuo a paruulis earum ornatum
Meum.
Surgite igitur & abite, nō hic quiescetis
Propter immundiciam suam, inclemen-
ter uastabuntur.
Si essem futili spiritu & mendacium
prædicator, & prædicarem quemad-
modum compotarent & pergrace-
rentur, talis esset commodus huic po-
pulo Propheta.

CHRISTI REGNVM ibidem.

EGo te Iacob Totum congregabo, &
reliquias Israel coadiuuabo. Ego

Ego ut Pastor eos simul in unum ouile
colligam quasi gregem in caulas suas,
ut strepens sonitus ibi audiatur multi-
tudinis hominum.
Ascendet Perruptor ante ipsos. Ipsi
perrumpent, & per portam ingredi-
entur & egredientur.
Et Rex eorum præcedet ipsos, & DO-
MINVS dux ante ipsos.

CONTRA TYRANNOS & Prophetas. MICHEAE, iij. ET DIXI.

AVdite quæso uos Capita in domo
Iacob & Principes in domo Isra-
el.
Nonne uestrum erat scire Ius? sed uos
odio habetis bonum & diligitis ma-
lum.
Deglubitis, & carnem aufertis ab ossi-
bus eorum, atque uoratis carnem po-
puli mei.
Et deglubentes frangitis ossa eorum &
componitis ceu in ollam, & carnes e-
orum ceu in caldarium. 15 Ideo

Ideo cum exclamabitis ad DOMINVM, non exaudiet uos.
Sed abscondet tunc faciem suam a uobis, ut meriti estis uestris studijs malis.

SIC dicit DOMINVS contra Prophetas, qui seducunt populũ meum.
Ipsi prędicant pacem fore, quando offuderint ipsis in os proijcitur, quæ si non dantur prædicant fore bellum.
Iccirco uestra uisio erit nox, & diuinatio uestra tenebræ.
Sed occumbet super Prophetas, & obtenebrabitur dies super eos.
Confundentur Videntes, & erubescent diuini.
Et uelabunt omnes os suum, eo quod non erit ibi Verbum Dei.
Ego autem sum plenus fortitudine & spiritu DOMINI, Iure & uiribus, ut audeam annunciare Iacob transgressiones suas, & Israeli peccata sua.
Audite quæso hoc uos Capita domus Iacob & principes domus Israel, qui contemnitis Ius, & peruertitis quicquid rectum est.

Qui ędificatis Zion per sanguines, et Ierusalem per iniuriam.
Capita eorum iudicant pro muneribus, sacerdotes eorum docent pro mercede, & Prophetę eorum diuinant propter pecuniam.
Et tamen confidũt in DOMINVM dicentes. An non DOMINVS est inter nos? non potest uenire malum super nos.
Ideo propter uos Zion arabitur ut ager, & Ierusalem erit aceruus lapidum, & mons Templi Excelsum syluestre.

CHRISTI ECCLESIA, VT in Esaia. MICHEAE. iiij.

IN nouissimo tempore, mons ubi domus DOMINI est, stabilitus erit, excelsior omnibus montibus, & exaltabitur super colles.
Et confluent ad eum populi, ibuntq; eó gentes multæ & dicent.

Venite

Venite ascendamus in montem DO-
MINI, ad domum Dei Iacob.
Vt doceat nos uias suas, & nos ambu-
mus in semitis eius.
De Zion enim exibit lex, & uerbu
DOMINI de Ierusalem.
Et ipse iudicabit inter populos multos
& arguet Gentes multas in regione
bus longinquis.
Tunc mutabunt gladios suos in uomer
res, & lanceas suas in falces.
Non leuabit populus contra populum
gladium, nec discent ultra preliari.
Quisq; habitabit sub uite sua & sub fic
sua sine timore, quia os DOMINI
Zebaoth hoc locutum est.
Quilibet enim populus ambulabit in no
mine Dei sui, at nos ambulabimus in
nomine DOMINI Dei nostri per
petuo & in æternum.
Tunc, dicit DOMINVS, congrega-
bo claudam & domum reducam ei
ctam, & eam quam afflixi.
Et efficiam ut clauda habeat hæredes, &

ciecta fiat populus fortis.
Et erit DOMINVS super eos Rex,
in monte Zion, ex hoc tempore usq;
in æternum.
Et tu turris Eder, quæ es arx filiæ Zion,
usq; ad te ueniet tua Rosa aurea, prior
Magistratꝰ, Regnum filię Ierusalem.
Quare ergo adhæres nunc alijs amicis?
An non Rex est apud te? scilicet con-
siliarij tui perierunt quod dolor appre-
hendit te sicut parturientem?
Patere quæso interim hunc dolorem, &
ingemisce filia Zion, ut parturiens.
Quoniam egrediendum est tibi ex ciui-
tate, & in agro habitandum, atq; eun-
dum in Babylonem.
Tamen rursum inde liberaberis, ibi libe-
rabit te DOMINVS ab inimicis
tuis.
Multæ enim Gentes breui congrega-
buntur aduersum te & dicent. Ipsa fa-
cta est Anathema, uidebimus quod
uolumus in Zion.
Ipsę autem non norunt cogitationem

DO-

DOMINI, & non attendunt cons
silium eius, quod congregauit ipsas u
manipulos in aream.

Surge igitur & tritura filia Zion, Eg
enim faciam tibi cornua ferrea & ung
gulas æreas, & conteres populos mul
tos.

Et ego opes eorum faciam Anathema
DOMINO, & bona eorum Do
minatori totius Mundi.

Verum tu Bellatrix nunc accinger
quia obsidione prememur, & Iudex
Israelis uirga percutietur in maxillam

DVX VICTORIAE PRAE-
dictæ CHRIstus nascetur in
Bethlehem. Micheæ. v.

ET Tu Bethlehem Ephratha, quæ
paruula es inter milia in Iuda, ex
Te egredietur Mihi qui sit Dominus
in Israel.

Cuius egressio fuit a Principio, & ab Ae
ternitate.

Interea tradet eos in pœnam, usq; ad tem
pus

pus quando pepererit quæ Paritura
est.

Tunc reuertentur qui reliqui sunt ex fra
tribus eius, ad filios Israel.

Ipse autem exurget & Pascet per fortitu
dinem DOMINI, & per uictoriam
nominis Dei sui, & habitabunt.

Ipse enim tunc glorificabitur, usq; ad fi
nes Mundi.

Præterea Pax erit nobis præ Assyrio,
qui nunc irruit in terram nostram &
conculcauit domos nostras.

Excitabuntur enim contra eum septem
Pastores & octo Principes, ut per
dant Assyriam gladio, et terram Nim
rod apertis armis.

Ita liberabimur ab Assyrio, qui irruit in
terram nostram & conculcauit termi
nos nostros.

Erunt etiam reliquiæ Iacob in populis
multis, sicut Ros a DOMINO, &
sicut stillæ super herbã, quæ neminem
expectat nec sperat culturam huma
nam.

immo

Immo reliquiæ Iacob erunt inter Ge
tes apud populos multos, quasi Le
inter Feras in sylua & quasi leuncul
in medio gregis.

Quem nemo prohibere potest, cum pe
uadit, conculcat & lacerat.

Manus enim tua triumphabit contr
omnes aduersarios tuos, ut eradicen
tur omnes inimici tui.

In tempore illo, dicit DOMINVS,
auferam a te equos tuos, & perdam
currus tuos.

Et euellam ciuitates terræ tuæ, destruam
que omnes munitiones tuas.

Et extirpabo apud te Incantatores, ut
nulli signorum interpretes reliqui
sint apud te.

Idola & Deos tuos ex te eiiciam, ut non
adores ultra opus manuum tuarum.

Et confringam lucos tuos, atque delebo
ciuitates tuas.

Et Ego exercebo ultionem in furore &
ira, contra omnes Gentes quæ Audi
re noluerint.

Expro

EXPROBRATIO ET RE-conciliatio uera. Michæ. 6.

DOMINVS exprobrat populo suo & arguit Israel.

MI popule, quid feci tibi? per quid offendi te? dic mihi.

Ego te eduxi ex Aegypto, & redemi te ex domo seruitutis, & misi ante te Mosen, Aaron & Mirlam.

Mi popule, memineris quod consilium habuerit Balak Rex Moab, & quid responderit ei Bileam filius Beor, a Sittim usque ad Gilgal.

Vt inde cognoscatis quemadmodum DOMINVS benefecit uobis.

Per quid reconciliabo mihi DOMINVM? An inclinando caput coram Deo excelso?

Nunquid reconciliabo eum holocaustis, & uitulis anniculis?

An putas DOMINVM delectari milibus arietum, aut oleo, etiamsi huius infinita essent flumina?

Aut dabo ne primogenitum filium meum

um pro transgressione mea, aut fru
ctum uteri mei pro peccato anim
meæ?

Dictum est tibi ô homo quid bonum
& quid DOMINVS requirat a te.
Videlicet ut serues uerbum Dei, exer
ceas charitatem, & sis humilis coram
Deo tuo.

Vox DOMINI clamabit contra ciui
tatem, Qui autem timet nomen tu
um prospere aget.

Audite uos tribus, illud quod prædi
catur.

Ettamen impiæ opes manent in domo
impij, & æquo minor detestabilis
Epha.

Aut Ego scilicet iustam dicerem
stam libram, & falsa pondera in sac
culo.

Per quæ diuites eius multa iniuste faci
ciunt, & habitatores eius agunt men
dacio, & linguam dolosam habent
in ore suo.

Prædicatio

PRAEDICATIO NON PRO-
dest impijs. Michæ. 7.

VAE mihi, factus sum ut qui in uin
nea residuum quærit, ubi non
reperiuntur uuæ ad edendum, etta
men desidero fructum primitiuum.

Desierunt Pij in terra hac, & Iusti non
sunt ultra inter homines.

Conantur tantum effundere sangui
nem, quisq; studet uenari alium ad
perdendum.

Et iudicant se benefacere, cum faciunt
male.

Quod Princeps uult hoc pronunciat
Iudex, sperans quod ille uicissim ita
ipsi gratificabitur.

Potentes consultant secundum bene
placitum suum ad iniuriam facien
dam, & istud fuco obtegunt ut uo
lunt.

Optimus inter eos est ut spina, & iustis
simus ut uepres.

At ubi ueneritdies prædicatorum tuo
rum cum uisitaberis, tunc consilio ca
rebunt.

Nemo credat proximo suo, nemo co
fidat principibus.
Custodi ostium oris tui, ab ea quæ d
mit in sinu tuo.
Filius enim contemnit Patrem, filia
uersatur matri, nurus socrui, &
minis hostes sunt sui domestici.

CANTICO PROPHETÆ

se consolatur contra tumultum impiorum. Ibidem.

EGO ad DOMINVM aspicia
et expectabo Deum Salutis m
Deus meus exaudiet me.
Ne gaudeas inimica mea q cecidi, su
gam, Etiam si sedeo in tenebris
men DOMINVS est lux mea.
Iram DOMINI portabo, quia pecca
in eum, donec suscipiens causam me
am iudicet pro me.
Educet me in lucem, ut uideam le
gratiam eius.
Hoc uidebit inimica mea & confund
tur, quæ nunc dicit mihi, Vbi
DO

DOMINVS Deus tuus?
Oculi mei uidebunt tunc ipsam concul
cari, ut lutum platearum.
Tunc ædificabuntur muri tui, & uer
bum Dei late diuulgabitur.
Tunc uenient ad te ex Assyria et ex mu
nitis urbibus, a munitis ciuitatibus
usq; ad Aquam, a mari usq; ad mare,
a montanis usq; ad montana.
Nam terra desolata erit propter habita
tores suos, propter fructum operum
suorum.
Tu autem uirga pasce populum Tuum,
gregem hæreditatis Tuæ, qui habitat
& in sylua solus & in agro culto.
Pascantur in Basan & Gilead, quemad
modum olim.
Faciam ut uideant mirabilia, ut olim
quando exierunt ex Aegypto.
Vt uideant Gentes, & omnes potentes
earum confundentur, ponantq; ma
num super os suum & obstruant au
res suas.
Ipsæ lingent puluerem sicut serpentes,

& contremiſcent in antris ſuis ſicut reptilia terræ.

Panebunt coram DOMINO Deo noſtro, & terrebuntur coram te.

Vbi eſt talis Deus ut Tu es? qui remittit peccata & ignoſcit iniquitatem ipſis reliquijs hæreditatis ſuæ, & non ſeruat iram ſuam in æternum.

Quia miſericors eſt, rurſum miſerebitur noſtri, ſubijciet iniquitates noſtras, & conijciet omnia peccata noſtra in profundum maris.

Tu præſtabis promiſsionem Iacob, Gratiam Abrahæ, quemadmodum olim iuraſti patribus noſtris.

EX NAHVM.

EVANGELION ID EST lætum nuncium de perdita Niniue & Rege Aſsyriorum. Nahum. 1.

Ecce

ECCE PEDES SUper montes currentis nuncij boni, qui prædicant nobis pacem.

Celebra nunc Iuda feſtiuitates tuas, & redde uota tua.

Non enim poſthac ueniet contra te ille Malignus, in uniuerſum deletus eſt.

EX HABACVC.

ORATIO CONTRA BABYlonium, uaſtatorem populi Dei. Habacuc. 1.

DOMINE DEVS meus, Sanctificator meus, qui es ab æterno, non moriamur.

Sed ſint ipſi nobis DOMINE tantum caſtigatio, ſint nobis tantum emendatio ô Fiducia noſtra.

Oculi tui sunt mundi, ut non possis uidere malum, & ut non possis aspicere iniuriam.

Quare igitur aspicis contemptores & taces, quando impius deuorat iustiorem se?

Et dimittis homines ut pisces maris, et reptilia quæ Dominum non habent.

Illi omnia hamo attrahunt & capiunt reti suo, & colligunt sagena sua, hinc gaudent & exultant.

Ideo sacrificant reti suo, & thus incendunt sagenæ suæ, eo q̃ per hæc tanta crassa facta est pars ipsorum, & cibus pinguis cibus ipsorum.

Propterea adhuc assiduo extendunt rete suum, et homines occidere non cessant.

CONTRA ILLVSORES

Fide perstemus. Habac. 2.

SVPER custodiam meam ego sto, & consisto in munitione mea.

Video & aspicio quid mihi dicatur, ut respondeam ei qui me criminatur.

DOMINVS autem respondet mihi & dicit, Scribe Visionem & pinge super tabulam, ut legere possit quisquis prætercurrit.

Videlicet hoc, Implebitur adhuc Visio tempore suo, & tandem aperte prodibit in lucem & non mentietur.

Si moram fecerit expecta eam, quia certo ueniet & non tardabit.

Ecce, qui superbus est non habebit quietem in anima sua, quia Iustus ex sua fide uiuit.

CANTICVM HABACUC 4.

Oratio Prophetæ Habacuc pro innocentibus.

DOMINE audiui famam de te, & terrefactus sum.

DOMINE tu uiuificas opus tuum in medio annorum, & illud in medio annorũ notificas, cum per iram adest tribulatio misericordiæ recordaris.

Deus ab austro olim ueniebat, & Sanctus a montanis Paran. Sela,

Pleni erant cœli undiquaq; glorificatione eius, & terra implebatur laude eius.

Splendor eius ut lux erat, splendores emicabant ex manibus eius, ibi occultabatur fortitudo eius.

Pestis præcedebat ante ipsum, & plaga egrediebat quocunq; ipse calcabat.

Stabat & metiebatur terram, aspiciebat & disturbabat coniunctas Gentes.

Vt contererent montes sæculi, & incurvarentur colles Mundi, quando transibat in Mundo.

Videbam tentoria Aethiopum doloratia, & tabernacula Midianitarum conturbata.

Nonne iratus eras DOMINE in fluminibus? nonne erat furor tuus in aquis, & ira tua in mari?

Quando equitabas super equos tuos, & currus tui triumphabant.

Tu præterea producebas arcum tuum, sicut tribubus iuraueras, Sela, fluuios distribuebas in terram.

Videbant te montes & dolebant, impetus aquarum cedebat, abyssus clamabat, altitudo manus leuabat.

Sol & luna non mouebantur loco suo, sagittæ tuæ transibant cum splendoribus, & lanceæ tuæ cum fulguratione.

Tu conculcabas terram in ira, & triturabas Gentes in furore.

Tu egrediebaris ad auxiliandum populo tuo, ad auxiliandum Christo tuo.

Tu conterebas caput in domo impiorum, & denudasti ibi fundamenta usq; ad collum. Sela.

Vtinam maledicas etiam nunc Sceptro Capitis cum oppidis ipsius qui uenient ceu tempestas ut dispergant Me, & exultant quasi deuorarent pauperem occulte.

Equi tui iam transeunt in mari, in luto aquarum multarum.

Quia hoc audio conturbatur uenter meus, ab hac fama contremiscunt labia mea, putredo ingreditur in ossa

mea,

mea, in me expauesco.
Vtinam mihi quiescere liceret in tempo
re tribulationis, quando ascendemus
ad populum oppugnantem nos.
Ficus enim non florebit, nec fructus
erit in uitibus.
Frustranea erit cura oliuarum, & agri
non ferent cibum.
Abripientur a caulis oues, nec erunt
boues in stabulis.
Ego autem de DOMINO gaudebo
& exultabo in Deo Salute mea.
Nam DOMINVS Deus est fortitudo
mea, qui faciet pedes meos ut cerui
rum.
Et deducet me in excelsis, ut psallam in
dibus.

EX ZEPHANIA.

VINDICABIT SE POPVLVS
Dei contra Gentes per gratiæ præ
dicationem. Zephan. 2.

Reliqui

RELIQVIAE POpuli mei prædabuntur
Gentiles, & residui in
populo hæreditabunt
eos.
Hoc fiet eis pro super
bia ipsorum, q̃ popu
lum DOMINI Zebaoth blasphema
uerunt & gloriati sunt.
Terribilis erit DOMINVS super eos,
delebit enim omnes Deos super ter
ram.
Et adorabunt eum omnes Insulæ inter
Gentes, nimirum quisq̃ in loco Suo.

IMPOENITENTIA IERV
salem, id est audientium uerbũ. Item re
liquiarum mortificatio per legem, et ui
uificatio per Euangelium. Item ab
rogatio traditionum humana
rum. Zephan. 3.

VAE deformi, pollutæ & tyran
nicæ Ciuitati, neq̃ audire neq̃
castigari uult.

Non

Non uult confidere in DOMINVM,
neq; adhærere Deo ſuo.
Principes eius ſunt leones rugientes,
inter ipſos iudices eius ſunt lupi uespertini, qui nihil ſinunt reliquum
uſq; ad mane.
Prophetæ eius ſunt inconſtantes & contemptores, Sacerdotes prophanant
Sanctitatem, & uim faciunt Legi.
At DOMINVS qui inter ipſos eſt docet quidam iuſticiam & non facit mendacium, quotidie mane facit doceri publice ſua Iura, nec ceſsat.
Sed mali homines, non diſcunt erubeſcere.
Iccirco hos homines extirpabo, arces
eorum uaſtabo, uacuas reddam plateas eorum ut nemo illic tranſeat, ciuitates eorum deſtruentur ut nemo
illic habitet.
Dicebam tibi, Me timeas, & caſtigari
te ſinas, ne exterminaretur habitatio
ipſorum.
Et ne ueniret ſuper ipſam aliquid eorum,
per quæ uiſitabo ipſam.

Verum ipſi ualde ſolliciti ſunt ad exercendum omnis generis malum.
Ideo, dicit DOMINVS, uos uiciſsim
expectabitis me, donec exurgam in
tempore, quando & ego diſceptabo.
Vt congregem gentes, & pariter congregem Regna, ut effundam ſuper
ipſa iram meam, atq; adeo omnem
iram furoris mei.
Siquidem totus mundus abſumetur,
per ignem zeli mei.
Tunc faciem Aliter prædicari populis,
per labia gratiæ plena.
Vt omnes inuocent nomen DOMINI,
& ſeruiant ei concorditer.
Adoratores mei uidelicet ultra flumina in Aethiopia diſperſi, adducentur Mihi Oblatio

IN illo tempore, non erubeſces ultra
de omnibus quę feciſti contra Me.
Ego enim auferam a te ſuperbos illos
Sanctulos, ne ampliꝰ te extollas propter Montem ſanctum meum.
Reliquum faciam in te populum pau-

perem

perem et contemptum, illi Sperabunt
in nomen DOMINI.
Reliquiæ Israel non facient malum, nec
loquentur mendacium.
Non inuenietur in ore eorum lingua
dolosa, sed pascentur & accubabunt,
absq; ullo timore.
Iubila filia Zion, canta Israel, exulta &
gaude ex toto corde filia Ierusalem.
DOMINVS enim abstulit pœnam tuam,
am, & auertit hostes tuos.
Ipse DOMINVS Rex Israel apud te
est, ut non metuas amplius ullū malū.
Tunc dicetur ad Ierusalem, Noli timere,
re, & ad Zion, non sint dissolutæ
manus tuæ.
DOMINVS enim Deus tuus apud te
est, fortis saluator.
Ipse lætabitur super te, & blandietur ti-
bi, & ignoscet, & cum cantico exulta-
tabit super te.
Eos qui per hominum traditiones ues-
xabantur auferam ut recedant a te,
quæ traditiones erant onera eorum,
ppter quę confundebant.

Ecce, Tunc abolebo omnes qui te affli-
gunt, & saluabo Claudam, & suscipi-
am Expulsam.
Faciamq; eas gloriam et honorem, in om
nibus terris ubi contemnuntur.
Tunc inducam uos, & tunc congrẽgabo
uos.
Faciam enim uos gloriam & honorem
in omnibus populis terræ, cum con-
uertero captiuitatem uestram coram
oculis uestris, dicit DOMINVS.

EX HAGGAEO.

PRO NOBIS MVLTVM,
pro uero cultu Dei nihil habemus.

HAGGAI. i.

Sic dicit DOMINVS Zebaoth.



IC POPVLVS di-
cit, Nondum est tem-
pus, ut ædificetur do-
mus DOMINI.
Et factum est uerbum
DOMINI, per Pro-
n phetam

phetam Haggai.
Sed uestrum tempus uenit ut habitetis
in domibus tabulis exornatis, hęc au-
tem domus maneat desolata.
Nunc uero sic dicit DOMINVS Za-
baoth, attendite quid fiat uobis.
Seminatis multum & parum colligitis,
comeditis & non saturamini, bibitis
& non inebriamini.
Vestitis uos & non potestis calefieri, &
qui meretur mercedem reponit eam
in loculos perforatos.
Sic dicit DOMINVS Zebaoth, Vi-
dete quid fiat uobis.
Ite in montana, afferte ligna, & ædifica-
te Domum, illa accepta erit mihi, &
manifestabo gloriam meam, dixit
DOMINVS.
Speratis quidem multum, & ecce, fit pau-
rum.
Atq; si etiam in domum uestram intule-
ritis, tamen diffl abo illud.
Quare hoc fit, dicit DOMINVS Za-
baoth? quia Mea domus iacet deso-
lata,

lata, & quisq; festinat ad commoda
domus suæ.
Iccirco cœlum continuit super uos ro-
rem, & terra germen suum.
Et Ego uocaui ariditatem & super ter-
ram & super montes, super frumen-
tum, mustum, oleum, & super omne
quod profert terra.
Et super homines & pecora, & super u-
niuersum manuum laborem.

AEDIFICATO TEMPLO promittitur Christus in illud cum Euangelio uenturus. Haggai. ij.

QVIS EX uobis est relictus, qui
uidit hanc domum in priori
sua gloria?
Et quid ipsa nũc uobis est? Nonne nihil
uidetur?
Et nunc confide Serubabel, dicit DO-
MINVS, Confide Iosua fili Iozae-
dac magne Sacerdos, confide omnis
populus terræ, & instate operi.
Ego enim uobiscum sum, dicit DOMI-
NVS Zebaoth.

Secundum uerbum quando pepigi uo
biscum fœdus, quando egrediebam
nt ex Aegypto, meus Spiritus manet
bit inter uos, nolite timere.
Quia ita dicit DOMINVS Zebaoth
Modicum adhuc restat tempus, quan
do commouebo cœlum & terram, ma
re & aridam.
Immo omnes Gentes Ego commouebo
bo, Tunc ueniet DESIDERI
VM omnium Gentium.
Et implebo hanc domum Gloria, dicit
DOMINVS Zebaoth.
Meum enim est & argentum & aurum
dicit DOMINVS Zebaoth.
Gloria huius nouissimæ domus maior
erit quam domus prioris, dicit DO
MINVS Zebaoth.
Et dabo Pacem in hoc loco, dicit DO
MINVS Zebaoth.

DIC SeruBabel Principi Iuda, Ego
commouebo cœlum & terram.
Thronos Regnorum subuertam, & po
tentia

tentia Regna Gentium delebo.
Et subuertam currus cum equitibus, ut
cadant equi cum uiris, quisq; vir per
gladium alterius.
In illo tempore dicit DOMINVS Ze
baoth, suscipiam te Serubabel fili Sea
althiel seruum meum, dicit DOMI
NVS.
Et habebo te ut anulum obsignationis,
quia Ego elegi te, dicit DOMINVS
Zebaoth.

EX ZACHARIA:

POENITENTIA, NE SE
quamur patres nostros Zacha. i.

CONVERTIMINI ad me, dicit DOMI
NVS zebaoth, et ego conuertar ad Vos, dicit DOMINVS Ze
baoth.
Ne sitis ut patres ue
stri, quibus priores Prophetæ prædi

cauerunt, dicentes, Conuertimini a uijs uestris malis & a studijs uestris malis.

Sed ipsi non audierunt, nec attenderunt ad me, dicit DOMINVS.

Vbi nunc sunt patres uestri & Prophetæ? uiuunt ne adhuc?

Nonne ita factum est? Mea uerba & Iura mea, quæ mandaui per seruos meos Prophetas, comprehenderunt patres uestros.

Vt uersi dicerent, quemadmodum DOMINVS zebaoth cogitauit facere nobis secundum uias nostras & studia nostra, ita fecit nobis.

IERVSALEM LONGE alia post captiuitatem. Zachariæ. ij.

LEVAVI OCVLOS MEos & uidi, Vir quidam habebat in manu normam mensuræ.

Et dixi, quo uadis? At ille dixit mihi, Vt metiar Ierusalem, & considerem quam

quam longa & quam lata futura sit.

Et ecce Angelus qui mecum loquebatur exibat, & alius Angelus exibat occurrens ei & dicens, Curre & dic illi puero.

Ierusalem habitabitur absq; muro, præ maxima multitudine hominum et pecorum quæ erunt in ea.

Et Ego, dicit DOMINVS, ero Murus igneus in circumitu eius, & ero in ea & ostendam Me in medio eius cū gloria.

Eia agite Fingite ex terra Aquilonis, dicit DOMINVS, Ego enim dispersi uos in quatuor uentos sub cœlo, dicit DOMINVS.

Age Zion quæ habitas apud filiam Babel, Fuge, quia sic dicit DOMINVS Zebaoth.

Ipse misit me ad Gentes quæ spoliauerunt uos, Potestas earum finem habet.

Qui attingit uos, attingit pupillam oculi mei.

Quia Ego mouebo manum meam super
eos, ut fiant præda illis qui ante ſeruie
erunt ipſis.
Vt cognoſcatis, quod DOMINVS
Zebaoth miſit me.
Lætare & exulta filia Zion, ecce ego
Ego uenio & habitabo apud te, dicit
DOMINVS.
Tunc multæ Gentes addentur DOMI
NO, & erunt populus meus.
Et habitabo apud te, ut cognoſcas, quod
DOMINVS Zebaoth miſit me
ad te.
Et DOMINVS hæreditabit Iudam
partem ſuam, in terra Sancta, & rur
ſum eliget Ieruſalem.
Omnis caro ſileat coram DOMINO,
quia conſurrexit ex loco ſancto ſuo.

CONSOLATIO EGREGIA pro Prædicatore. Zacha. iij.

OSTendebatur mihi Ioſua magnus
ſacerdos, ſtans coram Angelo
DOMINI.

Et Satan ſtabat a dextris eius, ut aduerſa
retur ei.
Et dixit DOMINVS ad Satan, DO
MINVS increpet te Satan, uere
DOMINVS increpet te qui ele
git Ieruſalem.
Nonne iſte eſt torris, ex igne ereptus?
Et Ioſua erat indutus immundis ueſti
bus, & ſtabat coram Angelo.
Qui reſpondens dicebat, ad eos qui ſta
bant coram ipſo.
Auferte ab eo immundas ueſtes, & ipſe
dixit ad eum.
Ecce Ego abſtuli a te peccata tua, & in
dui te feſtiuo ueſtitu, & dixit.
Ponite ſuper caput eius cidarim mun
dam, & poſuerunt cidarim mundam
ſuper caput eius.
Et induerunt eum ueſtimentis, et Ange
lus DOMINI ſtabat ibi.
Et Angelus DOMINI teſtificabatur
ipſi Ioſua dicens, Sic dicit DOMI
NVS Zebaoth.

Si ambulaueris in uijs meis, & custodi
am meam custodieris, gubernabis do
mum meam & atria mea curabis,
Et ego dabo tibi aliquos ex his qui hi
stant, ut deducant te.
Aduerte Iosua sacerdos magne tu & a
mici tui qui habitant coram te, qu
mera sunt ipsi miracula.
Ecce Ego adducam seruum meum Z
MAH, ecce super unum lapide
quem Ego posui coram Iosua erun
oculi septem.
Sed ecce Ego excidam Eum, dicit DO
MINVS Zebaoth, & auferam
peccata eiusdem terræ uno die.
Tunc, dicit DOMINVS Zebaoth
inuitabit alius alium sub uitem &
ficulneam.

LIBER VOLANS SVNT humanæ doctrinæ cum suo modo, quæ omnia metiri uolunt regu lis, statutis & obseruationi bus, peruertentes uerbum DEI

DEI suo uolatu & incertitudine. Duo ibi sunt, iuramentum, id est, falsa doctrina, & furtum, id est, auaritia, quæ tamen uocantur uerbum DEI & cultus.

Zachariæ. v.

LEuaui oculos meos iterum & uidi & ecce erat liber uolans.
Et dixit ad me, quid uides? ego autẽ dixi, uideo librũ uolantem, cui⁹ longitudo habet cubitos viginti, latitudo decem.
Et dixit ad me. Hæc est Maledictio, quæ egreditur super uniuersam terram.
Omnis fur secundum hunc librum innocens declarabitur, & omnes periuri secundum hunc librum innocentes pronunciabuntur.
Sed Ego producam eum in lucem, dicit DOMINVS zebaoth, ut ueniat in domum furum & illorum qui falso iurant per nomen meum.
Et permanebit in domo eorum, & deuorabit ipsam cum lignis & lapidibus eius.

Et An

Et Angelus qui loquebatur mecum
grediebatur & dixit mihi, Leua o
los tuos & uide, quid egreditur?
Et dixi, Quid est hoc? Ipse autem dix
Modius egreditur, hæc est species
rum in tota terra.
Et ecce talentum plumbi pendebat in
re, & erat ibi mulier sedens in me
Et ipse dixit. Hæc est Impia doctri
Et ipse proiecit illam in modium, & c
iecit pondus plumbi supra mod
superne claudens.
Et leuaui oculos meos & uidi, &
duæ mulieres egrediebantur, et h
bant alas quas uentus agebat, e
autem alæ ut ciconiarum.
Et sustulerunt modium inter terra
cœlum, & dixi Angelo qui loqu
tur mecum, quo deferunt istæ mo
um?
At ipse dixit. Vt ei ædificetur domus
terra Sinear, & paretur ac stat
ibi super basim suam.

MELIORA AVTEM PER
Euangelium, c. vi.

QVI autem equi et currus uadunt
ad Aquilonem, faciunt Spiritū
meum requiescere in terra aquilonis.
Tu uero accipe argentum & aurum &
fac duas coronas, & pone eas super
caput Iosua sacerdotis magni filij Io
zadac, & dicad eum.
Sic dicit DOMINVS Zebaoth, Ecce,
Vir est, cuius nomen est ZEMAH.
Sub Eo enim germinatio erit, & Ipse æ
dificabit Templum DOMINI, Tem
plum inquam DOMINI Ipse ædifi
cabit.
Et Ipse portabit Decorem, & sedebit &
dominabitur super thronum suum, e
rit & Sacerdos super thronum suum,
& erit Pax inter duos.
Et coronæ erunt Helem, Tobiæ, Iedare
& Hen filio Zephaniæ pro memoria
in templo DOMINI.
Et uenient qui procul sunt ut ædificent
Templum DOMINI.

Tunc

Tunc cognoscetis, quod DOMINVS zebaoth misit me ad uos.
Et hoc fiet, si obedieritis uoci DOMINI Dei uestri.

IEIVNIVM ET TRADITIones humanæ. Zachariæ. vij.

FACTVM EST QVARto anno Darij regis, ut fieret uerbum DOMINI ad Zachariam, quarta die mensis noni qui uocatur ChiSleu.
Tunc SarEzer & RegemMelech & uiri ipsorum miserunt in Bethel ad precandum coram DOMINO.
Et interrogauerunt sacerdotes curantes domum DOMINI zebaoth & Prophetas.
An mihi adhuc nunc lugendum est mense quinto & abstinendū, quemadmodum hoc feci hactenus aliquot annis?
Et factum est uerbum DOMINI zebaoth ad me dicens. Dic omni populo terræ & sacerdotibus.

Quando

Quando ieiunabatis & lugebatis quinto & septimo mense per hos septuaginta annos, nunquid Mihi ita ieiunastis?
Aut quando edebatis & bibatis, nonne Vobis edebatis & bibebatis?
An non hoc ipsum est quod fecit DOMINVS prædicari per priores Prophetas quando adhuc Ierusalem habitabatur & abundabat omnibus & ciuitates circunquaq;, & homines habitabant et ad austrū et in uallibus?
Et factum est uerbum DOMINI ad Zachariam dicens, sic dicit DOMINVS zebaoth.
Iuste iudicate, & quisq; prestet erga fratrem suum bonitatem & misericordiam.
Nec faciatis iniuriam uiduis & orphanis, extraneis & pauperibus.
Et nemo cogitet malum in corde suo, aduersus fratrem suum.
Sed illi hæc nolebant attendere, & obuertebant mihi tergum, et indurabant aures suas ne audirent.

Cor

Cor suum statuebant ut adamantem, ne audirent legem & uerbum quæ DOMINVS Zebaoth mittebat in suo Spiritu per priores Prophetas.

Inde accidit tanta ira DOMINI Zebaoth, & factum est quemadmodum prædicabatur.

Quia uero non audiebant, nec Ego audire uolui quando clamabant, dicit DOMINVS Zebaoth.

Itaq; dispersi eos inter omnes Gentes, quas non nouerunt.

Et terra post eos facta est desolata ut nemo in ea uel ambularet uel habitaret, et terra nobilissima facta est desolatio.

PROMISSIONES DEI, BO-
na opera, non ieiunium traditionis humanæ. Zachariæ. viij.

ET factum est uerbum DOMINI ad me dicens, sic dicit DOMINVS Zebaoth.

Magno zelo zelatus sum contra Zion, & ira ingenti zelatus sum contra eos.

Sic

Sic dicit DOMINVS, Rursum conuertor ad Zion, et habitabo in Ierusalem.

Vt Ierusalem ciuitas Veritatis uocetur, & mons DOMINI Zebaoth mons Sanctitatis.

Sic dicit DOMINVS Zebaoth, Post hac habitabunt senes uiri & anus & qui baculo se sustentant præ senectute in plateis Ierusalem.

Et plateæ Ciuitatis erunt plenæ pueris & puellis in platea ludentibus.

Ita dicit DOMINVS Zebaoth, Si hoc uidetur impossibile coram oculis huius reliqui populi hoc tempore, nunquid propterea erit impossibile coram oculis meis, dicit DOMINVS zebaoth.

Sic dicit DOMINVS zebaoth, Ecce Ego redimam populum meum de terra Orientis & de terra Occidentis, & adducam eos ut habitent in Ierusalem.

Et erunt ipsi populus meus, & Ego ero Deus ipsorum, in Veritate & Iustitia.

ITA dicit DOMINVS zebaoth. Confortate manus uestras qui audi-
ditis hæc uerba iam per ora Propheta-
rum, in die quo iactum est fundamen-
tum domus DOMINI zebaoth ut
ædificetur templum.

Ante hos enim dies fruſtraneus erat la-
bor hominum, & nihil erat labor iu-
mentorum, & non erat pax a tribula-
tione ijs qui egrediebantur & ingre-
diebantur.

Sed Ego permittebam omnes homines
ſibi, unumquenq; contra proximum
ſuum.

At nunc non agam erga reliquias populi
mei ut ſuperioribus diebus, dicit DO-
MINVS zebaoth, ſed ipſi erunt ſe-
men pacis.

Vitis dabit fructum ſuum, terra germen
ſuum, cœlum rorem ſuum, & reliquiæ
populi mei hæc omnia poſſidebunt.

Et futurum eſt, ut quemadmodum uos
qui eſtis ex domo Iuda & ex domo
Iſrael, fuiſtis Maledictio inter gentes

ita redimam uos ut ſitis Benedictio.
Nolite ergo timere, Confortate manus
ueſtras.

Sic dicit DOMINVS zebaoth. Quem-
admodum cogitabam uos perdere
quando patres ueſtri me irritabant di-
cit DOMINVS zebaoth, & non pœ-
nitebat me.

Ita uiciſsim nunc cogito in hiſce diebus
benefacere Ieruſalem, & domui Iuda.
Nolite timere.

Hoc autem eſt quod facere debetis, lo-
quamini ueritatem unuſquiſq; cum
proximo ſuo, iuſte iudicate, curate pa-
cem in Portis ueſtris.

Nemo cogitet malum in corde ſuo ad-
uerſus proximum ſuum, & non dili-
gatis iuramentum falſum.

Hæc enim omnia odi, dicit DOMI-
NVS.

ET factum eſt uerbum DOMINI
Zebaoth ad me dicens, ſic dicit
DOMINVS Zebaoth.

Ieiunia quarti, quinti, ſeptimi, & decimi
menſis, mutentur domui Iuda in gau
dium & exultationem & in lætas ſo
lennitates.

Tantum diligite, ueritatem & pacem.

Hæc dicit DOMINVS Zebaoth, Prę
terea uenient multi populi, & ciues
multarum ciuitatum, & ibunt ciues
unius ciuitatis ad aliam & dicent.

Eamus ad precandum coram DOMI
NO, & ad quærendum DOMI
NVM Zebaoth, Nos ibimus uo
biſcum.

Atq; ita uenient populi multi & Gentes
cum multitudine ad quęrendum DO
MINVM zebaoth in Ieruſalem, ad
precandum coram DOMINO.

Sic dicit DOMINVS zebaoth, In tem
pore illo decem uiri ex omnigenis lin
guis Gentium apprehendent ueſtem
unius Viri Iudæi, & dicent.

Nos ibimus uobiſcum, audimus enim
quod Deus uobiſcum eſt.

VASTATAS GENTES PER bella, ſuſcipit Rex manſuetus per Euangelium. Zachariæ. IX.

EGO auferam Gentium ſanguinem ex ore ipſarum, & abominationes earum a dentibus ipſarum.

Vt & ipſæ reliquæ ſint Deo noſtro, ut ſint ſicut Principes in Iuda, & Ekron ſit ut Iebuſæi.

Et Ego ipſe ero caſtrametatio in circumitu domus Meæ, ut non indigeant aliis ſtationibus per uices mutatis, ne amplius tranſeat ſuper eos Exactor, quia nunc reſpexi eam oculis meis.

At tu Filia zion exulta uehementer, iubila tu filia Ieruſalem.

Ecce Rex tuus uenit Tibi Iuſtus & ſaluator, Pauper & ſedens ſuper aſinum & ſuper pullum aſinæ.

Ego enim exterminabo currus ab Ephraim, & equos a Ieruſalem, & arcus belli confringetur.

Ipſe enim docebit pacem inter gentes, & erit Dominatio eius a mari uſq; ad

mare, & a flumine usq; ad fines Mundi.

Tu præterea per Sanguinem Testamenti Tui emittis uinctos tuos ex lacu in quo non est aqua.

Conuertimini igitur ad Munitionem, qui uincti estis in Spe.

Quia etiam Hodie annunciabo, & reddam tibi Duplicia.

Extendi enim Mihi Iudam arcum, & accinxi Ephraim.

Et excitabo fratres tuos o Zion contra filios tuos ó Græcia, & faciam te ut gladium Gigantum.

Et illucescet DOMINVS super eos, & egredientur sagittæ eius ut fulgur.

Et Deus DOMINVS tuba clanget, & incedet ut tempestas Austri.

DOMINVS Zebaoth proteget eos, ut deuorent & subijciant sibi lapidibus fundæ.

Vt bibant & tumultuentur uelut a uino, & impleantur ut Peluis & ut cornua Altaris.

Et DO-

Et DOMINVS Deus Ipsorum in tempore illo saluabit eos, ut gregem populi sui, erigentur enim in tra ipsius lapides sanctificati.

Quid enim boni habent præ cæteris? quam pulchritudinem præ alijs? Frumentum quod germinat Iuuenes, & mustum quod Virgines.

CAVENDVM A FERMENto Phariſæorum ubi prodierit ſemen Euangelicum poſt legem. ZACHARIAE. x.

PETITE a DOMINO pluuiam serotinam, & faciet Dominus nubes dabitq; uobis pluuiæ satis, ad omnia germina agri.

Quoniam Idola loquuntur dolorem, & diuini uident mera mendacia, & loquuntur tantum somnia, & consolatio eorum Nihil est.

Propterea eunt in errore ut grex & deficiunt, quia non est ibi Pastor.

Accensa est furore ira mea contra pastores, & ego uisitabo Hircos.

Visitabit enim DOMINVS zebaoth gregem suum, uidelicet domum Iuda, & parabit eos ut equum gloriosæ instructum ad bellum.

Anguli, claui, arcus bellici & Exactores, abibunt ab eis omnes:

Et tamen Ipsi erunt ut Gigantes qui conculcant lutum platearum in bello, & preliabuntur.

DOMINVS enim erit cum eis, ut confundantur equites.

Et Ego confortabo domum Iuda, & saluabo domum Ioseph & restituam eos suis sedibus.

Nam misereor ipsorum, & erunt quemadmodum erant quando non eiecteram ipsos.

Ego enim DOMINVS ipsorum Deus exaudiam eos, & Ephraim erit ut Gigas, & lætificabitur cor ipsorum ut a uino.

Videbunt quoq; filij ipsorum & gaudebunt,

bunt, ut delectetur cor ipsorum de DOMINO.

Tuba ciebo eos & congregabo eos, quia redimam eos & multiplicabuntur ut ante.

Et seminabo eos inter populos, ut memi-nerint mei in terris longinquis, & uiuent cum filijs suis & reuertentur.

Reducam enim eos ex Aegypto, & congregabo eos ex Assyria in terram Gilead & Libani, ut illic non inueniantur.

Et Ipse transibit per mare Angustiæ, & percutiet fluctus in mari, ut omnes profundæ aquæ exiccentur.

Tunc humiliabitur gloria Assyriorum, & cessabit sceptrum Aegypti.

Ego confortabo eos in DOMINO, ut ambulent in nomine Eius, dicit DOMINVS.

IVDAEI POST EVANGELIUM uoluerunt suum uetus regnum seruatum, sed perit per Romanos. Zach. xj

APERI LIBANE PORtas tuas, ut absumat ignis cedros tuas.

Vlulate abietes, quia ceciderunt cedri, & gloriosa ædificatio uastata est.

Vlulate quercus Basan, quia prostrata est sylua munita.

Auditur ululatus Pastorum, quia gloriosa eorum ædificatio uastata est.

Auditur rugitus leunculorum, quia gloria Iordanis uastata est.

Sic dicit DOMINVS Deus meus, Pasce oues mactationis.

Quia Dominatores earũ mactant ipsas nec iudicant hoc esse peccatum.

Vendunt ipsas & dicunt, Benedictus sit DOMINVS, iam diues sum, & Pastores earum non parcunt ipsis.

Iccirco non parcam ultra habitatoribus terræ, dicit DOMINVS.

Et ecce, Ego relinquam homines unumquemq; in manu alterius, & in manu Regis sui, ut conterant terram, nec eruam de manu eorum.

Et Ego

Et Ego paui oues mactationis, propter pauperes ouiculas.

Et assumpsi mihi duos baculos, vnum uocaui Placidum, alterum autem Vẽ. & paui oues.

Et deleui tres Pastores in uno mense, non enim uolui eos, nec ipsi uoluerunt me.

Et dixi, Non pascam uos, quod moritur moriatur, quod deficit deficiat, & ex reliquis vnumquodq; uoret carnem alterius.

Et accepi meum baculum Placidum & fregi eum, ut dissoluerem Pactum meum, quod feci cum omnibus populis, & abolitum est in ipso die.

Et pauperes ouiculæ quæ obseruabant Me, cognouerunt ex hoc quod hoc ipsum esset uerbum DOMINI.

Dixi quoque ad eos. Si ita uobis uidetur, numerate huc pecuniam quanti Ego ualeam, si autem hoc non uidetur, desistite.

Et nu

Et numerauerunt pecuniam quanti ęs
ualerem, triginta argenteos.
Dixit ergo DOMINVS ad me, Pro
ce pecuniam ut detur figulo, egre
am scilicet pecuniam qua æstima
sum ab eis.
Et ego accepi triginta argenteos, & pro
ieci eos in domum DOMINI, ut
rentur figulo.
Fregi uero & alter baculum meum V
ut dissoluerem fraternitatem inter
dam & Israel.
Et dixit DOMINVS ad me, Sume
iterum instrumenta Pastoris stulti
Ecce enim Ego suscitabo Pastores in
ra, qui non uisitent quod defecit,
quærant quod conquassatum est,
sanent quod uulneratum est, nec pa
eo quod sanum est soliciti sint.
Sed edant potius pinguium carnes, &
confringant eis ungulas.
O Pastores Idola, qui derelinquunt
gem.
Veniat gladius super brachium eorum
& sup

& super oculum eorum dextrum.
Exarescat brachium eorum, & uere ob
scuretur oculus eorum dexter.

RELIQVIAS SALVATAS
uorare uolunt & Iudæi & Gentes, sed
illæ sunt his uenenum, pondus, funes, per
ditio, etc. ZACHARIAE. xij.

HOC est onus uerbi DOMINI,
super Israel.
Dicit DOMINVS qui extendit cœlos
et fundat terram, qui facit halitum ho
minis in ipso.
Ecce faciam Ierusalem calicem uacillatio
onis omnibus circunquaq; populis.
Etiam Iuda timebit, quando obsidebitur
Ierusalem.
Et tamen eodem tempore faciam Ierusa
lem lapidem oneris, omnibus populis
Quotquot amoliri hunc uoluerint, eo
dem se lacerabunt.
Omnes enim Gentes super terram, sese
congregabunt aduersus eam.
Tunc, dicit DOMINVS, omnes equos
faciam

faciam fugaces, & eorum equites
xios.
At super domum Iuda apertos habe
oculos meos, & percutiam cæcu
omnes equos populorum.
Et dicent Principes Iuda in corde
Forti animo sint mihi ciues Ieruſa
in DOMINO Zebaoth DE
suo.
In illo tempore faciam Principes Iu
fornacem ardentem inter ligna, &
cem accensam inter stramen.
Vt absumant & ad dexteram & ad
stram omnes populos circunquaq
Et Ieruſalem adhuc habitabitur in su
co in Ieruſalem.
Et DOMINVS saluabit taberna
la Iuda ut olim, ne magnifice glorie
tur domus Dauid, neq; ciues Ieruſa
lem contra Iudam.
In diebus illis proteget DOMINVS
ciues Ieruſalem,
Et fiet, ut infirmus eo tempore sit sic
Dauid, & domus Dauid sit ut dom
D

Dei, ut Angelus DOMINI coram
eis.
Tunc cogitabo delere omnes Gentes,
quæ uenerunt contra Ieruſalem.

AT super domum Dauid & super
ciues Ieruſalem, effundam Spi
ritum Gratiæ & Præcum.
Aspicient enim ad me quem illi confixe
runt, & plangent quemadmodũ plan
ctus fit super unigenitum.
Et dolebunt propter eum sicut luctus fit
propter unigenitum.
Tunc planctus magnus erit in Ieruſalem,
ut erat iuxta Hadad Rimon in campo
Megiddon,
Et planget terra, unaquæq; familia seor
sum.
Familia domus Dauid seorsum, & muli
eres eorum seorsum.
Familia domus Nathan seorsum, & mu
lieres eorum seorsum.
Familia domus Leui seorsum, & mulie
res eorum seorsum.

Familia

Familia Simei seorsum,& mulieres eo
rum seorsum.
Sic & omnes quæ reliquæ sunt famili
vnaquęq; seorsum,& mulieres earu
seorsum.

NON ADDVCTA ALIVN
de aqua, ut sacerdotes habebant,sed fo
scaturiens erit omnibus Ecclesiæ filijs
abrogabitur omnis seductio etc. Zach
riæ.xiij.

IN illo tempore, erit domui Dauid
ciuibus Ierusalem,patens fons c
tra peccatum & immundiciam.
Tunc,dicit DOMINVS zebaoth,
terminabo nomina Idolorum ex
ra,ne ultra fiat mentio eorum.
Prophetas quoq; & immundos Spiritu
ex terra exturbabo.
Vt ita fiat,cum aliquis postea Prophet
uerit, dicent ei pater & mater ipsi
qui eum genuerunt, Morieris, qu
falsum dicis in nomine DOMINI.
Et configent eũ pater & mater qui eu
genu

genuerunt cum prophetauerit.
Tunc enim futurum est ut confundantur
Prophetæ cum suis uisionibus, cum
ex illis prophetauerint.
Non induentur ultra horrido pallio, ut
decipiant.
Sed dicet.Non sum Propheta sed agricol
la,seruus enim fui a iuuentute mea.
Cum autem dicetur. Quid ergo sunt ista
uulnera in manibus tuis? Respondeb
bit, Ita percussus sum in domo illorũ
qui diligunt me.

GLADII POTESTAS CON
tra Christum,& Christianos, Dei bo
na uoluntate. Ibidem.

EXcitare o Gladie super Meum Pa
storem & super uirum, socium
meum, dicit DOMINVS zebaoth.
Percute Pastorem, & dispergetur Grex,
& conuertam manum meam ad Par
uulos.
Atq; hoc erit,dicit DOMINVS,In qua
terra fuerint duæ partes, illæ eradica
p buntur

buntur & peribunt, remanente tan
tum tertia parte.

Et hanc tertiam partem ducam per
gnem & purgabo igne, ut purgatur
argentum, & emundabo, ut emunda
tur aurum.

Illi inuocabunt nomen meum, & Ego
exaudiam eos.

Dicam, Hic est populus meus, & ipsi di
cent, DOMINE Deus meus.

TERRESTRIS IERVSA
lem destruetur, spiritualis dilatabi
tur per totum mundum, incipi
endo á Ierusalem uel á mon
te oliuarum unde Christ⁹
ascendit, ZACH. xiiij.

ECCE DIES VENIT DO
MINO, ut spolia tua diuidantur
in te.

Congregabo enim omnis generis Gen
tes, aduersus Ierusalem in prelium.

Ciuitas capietur, domus diripientur, mu
lieres uiolabuntur.

Media pars ex ciuitate abducetur, reli
quum populi non succidetur ex ciui
tate.

Verum DOMINVS egredietur, &
preliabitur aduersus illas gentes, ut
Ipse preliari solet tempore belli.

Tunc stabunt pedes eius super montem
oliuarum, qui est prope Ierusalem ad
orientem.

Et dirumpet se mons oliuarum per me
dium, ab oriente usq; ad occidentem
diseparatione maxima.

Vt altera montis pars uergat ad aquilo
nem, altera ad meridiem.

Et fugietis propter illam uallem, quæ
erit inter hos montes Meos, uallis e
nim illa inter montes propius pertin
get ad Azal.

Fugietis uero quemadmodum olim fu
giebatis propter terræ motum, tem
pore Vziæ regis Iuda.

Tunc ueniet Dominus Deus meus &
omnes Sancti tecum.

In tempore illo non erit lux sed gelu & frigus, & erit dies DOMINO cogn-
ta, quæ erit neq; dies neq; nox, & a-
uesperum erit lux.

Tunc effluent ex Ierusalem aquæ uiua-
dimidia pars earum ad mare orienta-
le, & dimidia ad mare extremum, &
erit hoc tam æstate quam hieme.

Et DOMINVS erit Rex, super omnem
terram.

Tunc ipse DOMINVS tantum erit V-
nicus, & Nomen eius tantum Vnu-
Et circumibitur in tota terra quasi in pl-
nicie, a Gibea ad Rimon ad Austr-
urbis Ierusalem.

Quia Ipsa exaltabitur & habitabitur
loco Suo.

A porta Benlamin, usq; ad locum port-
primæ, & usq; ad portam angularem,
& a turre Hananeel usq; ad Torcula-
ria regis.

Et habitabunt in ea, & non erit amplius
Anathema, Ierusalem enim habitabi-
ualde secure.

Et hæc

Et hæc erit plaga qua percutiet DOMI-
NVS omnes populos, qui prœliati
sunt contra Ierusalem.

Contabescet caro eorũ dum adhuc stant
super pedes suos, & contabescent ocu-
li eorum in foraminibus suis, et lingua
eorum contabescet in ore ipsorum.

In illo tempore concitabit DOMINVS
tumultum magnum inter eos, ut quis-
q; alterius manum appræhendat, &
conijciat manum suam super manum
alterius.

Quia & Iuda prœliabitur contra Ierusa-
lem, ut congregentur opes omnium
Gentium circunquaq; habitantium,
aurum, argentum, uestes nimiũ multę
Hæc plaga erit super equos, mulos, came-
los, asinos & omnia iumenta quæ sunt
in exercitu, quemadmodum plaga il-
lorum.

ET OMNES Reliquiæ inter omnes
Gentes quæ uenerant contra Ie-
rusalem, ascendent singulis annis, ut a-
dorent Regem DOMINVM zeba-

oth, & ad celebrandam solennitatem
Tabernaculorum.
Quæ autem familia super terram non a
scenderit in Ierusalē, ut adoret Regem
DOMINVM zebaoth, super eos
non veniet pluuia.
Et si familia Aegyptiorum non ascende
& venerit, neq; super ipsos pluet.
Hæc erit plaga, qua DOMINVS per
cutiet omnes Gentes, quæ non veni
unt ad celebrandam solennitatem Ta
bernaculorum.
Nam hoc erit peccatum Aegyptiorum
& omnium Gentium quæ non ascen
derint ad celebrandam solennitatem
Tabernaculorum.
In illo tempore bellica equorum insti
ctio, sancta erit DOMINO.
Et erunt caldaria in domo DOMINI
sicut pelues, quæ sunt coram Altari.
Omnia enim caldaria & in Iuda & in Hie
rusalem sanctificata erunt DOMI
NO zebaoth.
Ita ut omnes qui sacrificare voluerint
veniant

veniant & accipiant ea, & in eis co
quant.
Et nullus Cananæus ultra erit in domo
DOMINI zebaoth in tempore il
lo.

EX MALACHIA.

SACRIFICIVQ LAVDIS
per Euangelij prædicationem, de
quo oramus: Sanctificetur no
men tuum, MALACH. j.
Sic dicit DOMINVS zebaoth ad uos
Sacerdotes, qui contemptum
redditis Nomen Meum.
QVIS EST EX VOBIS
qui uel ostia claudat? non in
cenditis ignem Altari meo Gratis.
Non est mihi beneplacitum erga uos, di
cit DOMINVS zebaoth.
Sacrificium ex manibus uestris, non est
Mihi acceptum.
Sed ab ortu solis usq; ad occasum, magni
ficabitur

ficabitur Nomen Meum inter Gen
tes.

Et in omnibus locis offeretur Incensum
Nomini Meo, & sacrificabitur mun
dum sacrificium.

Nam Nomen meum Magnificabitur in
ter Gentes, dicit DOMINVS zeba
oth.

Maledictus ergo sit qui suo lucro consi
lens, cum habet in grege suo masculu
tamen post uotum suum offert DO
MINO quod est inutile.

Ego enim sum Rex Magnus, dicit DO
MINVS zebaoth, & Terribile
Nomen Meum inter Gentes.

SACERDOTES NON SAN
tificant Nomen Domini, id est, non ipso
cere docent & soliciti sunt pro uerbo de
causam uentris & auaritiæ agunt, & fac
unt uel permittunt ut populus peccet pr
contemptum in legem a deo mandatam.
Ideo amisso Sacerdotio uix fecem inv
habent reliquam, MALACHIAE. ij. Vos

VOS Sacerdotes, hoc mandatum uobis dicitur.

Si non audieritis hoc, neq; posueritis su
per cor uestrum, ut detis Gloriam No
mini Meo, dicit DOMINVS ze
baoth

Mittam inter uos Maledictionem, & ma
ledicam Benedictionibus uestris, &
ipsis maledicam, quia hoc non uultis
ponere super cor.

Ecce Ego Maledicam uobis cum Poste
ris uestris, & spargam stercus feriarũ
uestrarum, in facies uestras, ita ut uo
bis adhæreat perpetuo.

Tunc cognoscetis quod Ego hoc man
datum miserim ad uos, ut esset fœdus
Meum cum Leui, dicit DOMINVS
zebaoth.

Fœdus enim Meum erat cum illo ad ui
tam & ad pacem, et Ego dabam ei Ti
morem, ut timeret Me, & Nomen
Meum reuereretur.

Lex Veritatis erat in ore eius, & non in
ueniebatur malum in labijs eius.

Ipſe ambulabat coram Me in pace & re
ctitudine, & multos conuertebat
peccatis.

Labia enim Sacerdotis doctrinam cuſto
dire debent,ut requiratur Lex ex o
re eius,eſt enim Angelus DOMIN
zebaoth.

Vos autem declinaſtis a uia, & ſcandal
zatis multos in Lege, & corrupiſti
Fœdus Leui, dicit DOMINVS
baoth.

Ideo & Ego feci, ut ſitis contempti
abiecti coram toto populo, eo qu
non cuſtoditis uias meas, & reſpic
perſonas in Lege.

An non habemus omnes unum
trem? An non unus Deus nos cr
uit?

Quare ergo contemnimus alius alium
& prophanamus fœdus initum
Patribus noſtris?

Iuda enim factus eſt contemptor, &
unt abominationes in Iſrael & Ieru
lem.

Iuda enim prophanat Sanctitatem DO
MINI quam Ipſe diligit,& uxorem
ducit filiam Dei alieni.

Sed DOMINVS eradicabit illum, qui
hoc facit,ex tabernaculo Iacob, et ma
giſtrum & diſcipulum, cum illo qui
adducit ſacrificium DOMINO ze
baoth.

PRęterea facitis,ut corã Altari DO
MINI ſint meræ lachrymæ, fletus
& ſingultus.

Ita ut non libeat mihi ultra reſpicere ſa
crificium,nec aliquid acceptare ex ma
nibus ueſtris.

Et dicitis,quare? quia DOMINVS te
ſtificatus eſt inter te et uxorem adole
ſcentiæ tuæ,quam tu contemnis, quæ
ſocia eſt uitę tuę,cui fœdere te alligaſti
Ita nõ fecit ille Vnicus,et tamen erat ma
gno ſpiritu.

Quid uero fecit ille Vnicus? quærebat
Semen a Deo promiſsum.

Iccirco cauete uobis a ſpiritu Veſtro, &
nemo contemnat uxorem adoleſcen
tiæ ſuæ.

Qui

Qui odio habet eam, repudiet eam d
DOMINVS Deus Israel,& de
tegumentũ de ueste sua pro hac ig
minia,dicit DOMINVS zebaoth
Cauete igitur uobis a spiritu uestro
nolite eas sic contemnere.
Vos estis molesti DOMINO ue
uerbis. Et dicitis, quo molesti su
ei? Per hoc quod dicitis.
Qui facit malum placet DOMIN
DOMINVS delectatur ta
Aut certe ubi est ille Deus qui u
cet?

IOANNEM PRAECVR
rem sequitur Christus & Christi
Resistit eis ratio & infidelitas.
MALACHIAE. iij.

ECCE Ego mittam Angelum
um, qui pręparabit uiam
Me.
Et statim ueniet ad Templum suum
dominator quem uos quæritis,&
gelus Fœderis quem uos desid

Ecce Ipse uenit,dicit DOMINVS ze
baoth.
Quis uero ferre poterit diem aduentus
Eius? & quis consistet cum Ipse illu
xerit?
Ipse enim est ut ignis Fabri aurarij, & ut
smigma lauantium.
Ipse sedebit & conflabit & purgabit ar
gentum, purgabit & igni examinabit
filios Leui quemadmodum argentũ
& aurum.
Tunc adducent DOMINO sacrificium
in Iustitia,& bene placebit DOMI
NO sacrificium Iuda & Ierusalem ut
olim ab annis olim superioribus.
Et accedam ad uos ad iudicium, & ero
Testis uelox contra incantatores,ad
ulteros, periuros.
Et contra eos qui uim faciunt et iniuriam
mercenarijs, uiduis & pupillis, & qui
opprimunt extraneos, & Me non ti
ment,dicit DOMINVS zebaoth.
Ego enim sum DOMINVS qui non
mentior,& uos filij Iacob non omnes
peribitis.

Date

DATE MINISTRIS ECCLE-
siæ & pauperibus,& dabitur
uobis.Ibidem.

VOS A TEMPORE PA-
trum uestrorum perpetuo decli-
nastis a mandatis meis, & non seruas-
stis ea.

Conuertimini ergo ad Me,& Ego con-
uertar ad uos,dicit DOMINVS
zebaoth.

Et dicitis, quid est quo conuertamur?
An uobis iustũ uidetur, quod homo
fraudem facit Deo, quemadmodum
uos mihi fraudem facitis?

Et dicitis, quo fraudem facimus Tibi?
decimis & primitijs.

Iccirco Maledicti estis,ita ut omnia eua-
nescant, etiam sub manibus uestris,
quia omnes fraudem Mihi facitis.

Adducite integrã decimationem in hor-
rea Mea,ut sit cibus in domo Mea.

Et probate me per hoc,dicit DOMI-
NVS zebaoth,si non aperuero fene-
stras cœli,& effudero inde benedictio-
onem abunde. Et in-

Et increpabo coram uobis Depastorem,
ne perdat fructus terræ,& ne sit uobis
uitis infœcunda in agro, dicit DO-
MINVS zebaoth.

Vt beatos uos dicant omnes Gentes.E-
ritis enim tra desiderabilis,dicit DO-
MINVS zebaoth.

INFIDELITAS ET FIDES
diuersum sentiunt.Ibidem.

DVRa uerba uos loquimini contra
DOMINVM, & dicitis,quid
loquimur contra Te?

Quia dicitis, Frustraneus est cultus Dei,
& quid prodest quod seruamus man-
datum eius,& affligimus uitam no-
stram coram DOMINO zebaoth?

Ideo beatos dicimus contemptores,quia
prospere agunt impij, tentant Deum
& hoc bene cedit eis.

Sed timentes DOMINVM, mutuo se-
se consolantur ita,DOMINVS at-
tendit & audit.

Et est memoriale scriptum pro illis qui
timent

timent DOMINVM & memores sunt Nominis Eius.

Isti, dicit DOMINVS zebaoth, in die quam Ego faciam, erunt Peculium Meum.

Et Ego parcam Eis ut uir alíquis parcit filio suo sibi seruienti.

Et uos uicissim uidebitis, quid interſit inter Iustum & impium, & inter seruientem Deo & non seruientem Ei.

EXPECTATE CHRISTVM quem prȩcedet Ioannes, Interim seruate legem Mosis, Malachiæ. iiij.

ECCE uenit Dies, qui ardebit ut clibanus.

Tunc omnes contemptores & Impij, erunt stramen.

Et incendet eos dies uentura, dicit DOMINVS zebaoth, & non relinquet eis neq; radicem neq; ramum.

Vobis autem qui timetis Nomen Meum orietur Sol Iusticiæ, & Sanitas sub pennis eius.

Et uos exibitis & ingrediemini, & pinguescetis ut altiles uituli.

Conculcabitis impios, erunt enim cinis sub pedibus uestris, in die quam Ego faciam, dicit DOMIMVS zebaoth.

Mementote Legis Mosis serui Mei, quã mandaui Ego Ei in monte Horeb ad totum Israelem, cum præceptis & Iudicibus.

Ecce Ego mittam uobis Prophetam Eliam antequam ueniat dies DOMINI Magnus & Horrendus.

Ille conuertet corda Patrum ad Filios, & corda filiorum ad Patres, ne ueniam & percutiam terram Anathemate:

ALIA EX NOVO TESTAMENTO.

CANTICVM IHESV CHRISTI filij DEI saluatoris nostri. Matthæi. xi.



GRATIAS AGO tibi Pater, Domine co li et terrę, quod abscon disti hæc a sapientibus & prudentibus, & re uelasti ea paruulis.

Ita Pater, sic enim bene placuit coram Te.

Omnia sunt mihi tradita a Patre meo, & Nemo nouit Filium Nisi Pater.

Neq; Patrem aliquis nouit Nisi Filius, cuicunq; Voluerit Filius reuelare.

Venite ad me omnes qui laboratis & o nerati estis, & Ego reficiam uos.

Tollite iugum Meum super uos, et di te a me, nam Ego mitis sum & hum lis corde, & inuenietis requiem an mabus uestris.

Iugum enim Meum placidum est, & o nus Meum leue.

CANTICVM MARIAE virginis, matris DEI, LVCAE. i.

Magnifica



MAGNIFICAT ANIma mea Dominum, & exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui Potens est, & sanctum Nomen Eius.

Et misericordia eius a progenie in progenies, timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit Potentes de sede, & exaltauit humiles.

Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad Patres nostros, Abraham & Semini eius in secula.

CANTICVM ZACHARIÆ, LVCAE. 1

Zacharias pater Ioannis plenus spiritu sancto prophetauit dicens.

BENEDICTVS DOMINUS Deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionem plebis tuæ.

Et erexit Cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, qui a sæculo sunt Prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis,

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.

In Sanctitate & Iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

Et tu Puer Propheta Altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare uias eius.

Ad dan

Ad dandam scientiam Salutis plebi eius, in Remissione Peccatorum eorum.

Per uiscera misericordiæ DEI nostri, in quibus uisitauit nos Oriens ex alto.

Illuminare iis qui in tenebris et in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis.

Ne dicerer correxisse Magnificat, reliqui hæc duo cantica Magnificat & Benedictus, ad uerbum, quemadmodum uulgo canuntur in templis, hoc ratus fore commodū propter pueros, qui hæc ad uerbum, ipso cantandi usu, edidicerunt, Ne tamen etiam in his desim puerorum studijs, indico eis hoc loco quorundam uerborum sententiam, Primum in Magnificat, Hæc uerba, Exultauit, fecit uel præstitit potentiam, Dispersit, Deposuit, Exaltauit, Impleuit, & dimisit, ita ex Græco bene reddita sunt in præterito, Sed scito Hebraismos esse, pro Exultat, facit uel præstat potentiam, Dispergit, Deponit, Exaltat, Implet, & Dimittit, Deinde quod dicitur, Ex hoc, significat, Ab hoc tempore, uel posthac, Dispersit superbos mente cordis sui, non intelligitur de mente Dei aut de corde Dei, sed de mente & corde superborum, ut sic transferas, Dispersit (pro dispergit, hoc est, Deus dispergere solet) illos qui mente cordis sui sunt superbi. In Be-

dictus autem, Memorari, id est, ut Deus recordare
tur. Et quod sequitur. Iusiurandum, uel Iurisiuran
subaudi Recordaretur, Præterea, In sanctitate & iu
stitia coram ipso, subaudi, Existentæ, uel Quæ est, id
est, quæ est uera sanctitas & iustitia coram Deo, non
simulata sanctitas, non iustitia humana, sed DEI, Ro
mano. 3. Item. In remissione peccatorum eorum, subau
dis. Existentem, scilicet scientiam salutis, Vel, quæ
scientia salutis est in remissione peccatorum nostro
rum, quæ est iustitia DEI in nobis fide iustificatis, ut
dictum est ex Roman. 3. Hoc dico, quia scioli hic uide
go corrumpunt & faciunt, in remissionem. Sequitur
Illuminare, pro. Vt illucesceret, Ad dirigendos, id est,
ut dirigeret, Quod uero in Cantico Angelorum, Qui
tollis (ex Ioan. 1.) pro, Qui portas peccata mundi, fa
ciunt, iam omnes ferè norunt

CANTICVM ANGELO rum cum Christus nascitur. LVCAE. ij.

ET SVBITO FACTA EST cum Angelo multitudo cœlestis exercitus, laudantiũ Deum & dicentium. Gloria

GLORIA SIT IN EXCELsis Deo, Et in terra pax, Hominibus beneplacitum.

ADDITVM DE SANcta Trinitate.

Laudamus te, Benedicimus te, Adoramus te, Glorificamus te.

Gratias agimus tibi propter magnam tuam gloriam.

Domine Deus Rex cœlestis Deus Pater Omnipotens.

Domine fili Vnigenite Iesu Christe & Sancte Spiritus.

ADDITVM DE CHRISTO.

Domine Deus Agnus Dei Filius Patris, qui tollis peccata mundi miserere nobis.

Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.

Qui sedes ad dexteram Patris, miserere bis.

CANTICVM.

Quoniam tu Solus Sanctus, tu Solus Dominus, tu Solus Altissimus IESV Christe.

Cum Sancto Spiritu in Gloria DEI Patris, Amen.

CANTICVM SIMEONIS, LVCAE. ij

Simeon accepit puerum IESVM in ulnas suas, & laudauit Deum, & dixit.

NVNC DIMITTIS SERuum tuum Domine, secundum uerbum tuum, in pace.

Quia uiderunt oculi mei, salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem Gentium, & Gloriam plebis tuæ Israel.

ORATIO DOMINI NOstri IESV CHRISTI in ultima cœna, Ioannis. xvij.

Vbi locutus est IESVS, sublatis oculis in cœlum dixit. Pater

PATER uenit hora, glorifica Filium tuum, ut & Filius tuus glorificet te.

Quemadmodum dedisti Ei potestatem. super omnem carnem, ut det uitam æternam omnibus quos tu dedisti ei.

Hæc est autem uita æterna, ut ipsi Te, qd tu Solus es Deus uerus, & quem tu misisti IESVM Christum cognoscant.

Ego Te glorificaui super terram, opus consummaui quod dedisti mihi ut facerem.

Et nunc glorifica me tu Pater apud temetipsum Gloria quam habui apud te priusquam mundus esset.

Manifestaui Nomen tuum Hominibus, quos dedisti Mihi ex mundo.

Tui erant, & Mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt.

Nunc cognoscunt quod omnia quæcunq dedisti Mihi, abs te sunt.

Quia uerba quæ dedisti Mihi dedi eis, et ipsi acceperunt, & cognouerunt uere

quod a te exiui, & crediderunt quod tu me misisti.

EGO PRO eis rogo, Non pro mũdo rogo, sed pro his quos dedisti Mihi, quia tui sunt.

Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & glorificatus sum in eis.

Et Ego iam amplius non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & Ego ad te uenio.

Pater Sancte serua eos in Nomine Tuo, quos dedisti Mihi, ut sint Vnum sicut & nos.

Cum essem cum eis in mundo, Ego seruabam eos in Nomine Tuo.

Quos dedisti Mihi Ego custodiui, & nemo ex eis perijt nisi filius perditionis, ut scriptura compleretur.

Nunc autem ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant in semetipsis gaudium meum perfectum.

Ego dedi eis Verbum tuum, & mundus eos odio habet, quia non sunt de mundo,

do, sicut & Ego non sum de mundo.

Non rogo ut tollas eos e mundo, sed ut serues eos a malo.

De mundo non sunt, sicut & Ego non sum de mundo.

Sanctifica eos in Veritate tua, Verbum tuum Veritas est.

Sicut tu me misisti in mundum, ita & Ego mitto eos in mundum.

Ego pro eis Sanctifico Meipsum, ut sint & ipsi Sanctificati in Veritate.

Non rogo autem pro eis tantum, sed & pro illis qui credituri sunt per Verbũ Eorum in Me.

Vt omnes illi Vnum sint Sicut tu Pater in Me & Ego in Te, ut & ipsi Vnum sint, & credat mundus quod tu me miseris.

Et Ego Gloriam quam dedisti Mihi, dedi Eis, ut sint Vnum Sicut & nos Vnum sumus.

Ego sum in eis & Tu in Me, ut sint Perfecti in Vnum, & ut cognoscat mundus

dus quod tu me misisti, & quod dili-
gis Eos sicut & Me diligis.
Pater Ego uolo ut illi quos dedisti Mihi,
sint Mecum ubi Ego sum, ut uideant
Gloriam meam quam Mihi dedisti,
quia dilexisti me ante conditum
mundum.
Iuste Pater, mundus te non nouit, Ego
autem te noui, & hi nouerunt quod tu
me miseris.
Et notum feci eis Nomen Tuum, & am-
plius notum faciam.
Vt dilectio qua diligis Me in Ipsis sit,
Ego sim in Ipsis,

ORATIO MANASSIS REGIS IVDA, cum teneretur uinctus in BABYLONE.

DOMINE Omnipotens Deus pa-
trum nostrorum Abrahæ, Isaac
et Iacob & Iusti seminis eorum. Qui

Qui fecisti cœlum et terram, & quicquid
est in eis.
Et obsignasti mare mandato tuo, ut glo-
rificetur Terribile & Gloriosum No-
men tuum.
Vt quisq; terreatur coram Te, & timeat
magnam Potentiam tuam.
Intolerabilis est enim ira tua, quam com-
minaris peccatoribus.
Sed misericordia quam tu promisisti, im-
mensa est & imperscrutabilis.
Tu enim es Dominus, Altissimus super
totum orbem terrarum, multa patien-
tia & ualde clæmens, & non libenter
flagellas homines.
Et secundum bonitatem tuam, promisi-
sti pœnitentiã ad Remissionem pec-
catorum.
Quia uero es Deus Iustorum, non statu-
isti pœnitentiam Iustis Abrahæ, Isaac
& Iacob, qui non peccauerunt contra
Te.
Ego autem peccaui, & plura sunt peccata
mea quam sunt arenæ maris.

Et cur-

Et curuatus sum misere sub ferreis uinculis, ita ut non habeam requiem.

Quia excitaui iram tuam & pessime coram Te feci, per hoc quod autor sum tantarũ abominationum & tam multorum scandalorum.

Propter hoc flecto nunc genua cordis mei, & peto a te Domine ueniam.

Obsecro Domine, Ego peccaui, Ego inquam peccaui, & agnosco iniquitatem meam.

Peto & obsecro, ignosce Mihi, ne pereram in peccatis meis & plaga non auferatur a me in æternum.

Sed adiuua me indignum, secundũ magnam misericordiam tuam, & laudabo te cunctis diebus uitæ meæ.

Te enim collaudat omnis exercitus cœlorum, & tu laudandus es perpetuo & in æternum Amen.

EXHORTATIO MATATHIAE.

Oratio

ORATIO MATATHIAE senio confecti ad filios. MACHABAEORVM. ij.

IAM REGNAT TYRANnis & persecutio, & uenit super nos furor magnus & plaga grauis.

Iccirco filij zelamini pro Lege, & exponite animas uestras pro Fœdere Patrum nostrorum.

Mementote quid fecerint Patres nostri temporibus suis, & accipietis ueram gloriam & nomen æternum.

Abraham tentatus permansit fortis in fide, id quod imputatum est ei ad Iusticiam.

Ioseph seruauit mandatum in tribulatione sua, & factus est Dominus Aegypti.

Phineas Pater noster zelatus est ad gloriam DEI, & accepit fœdus quod sacerdotium esset apud ipsum permansurum.

Iosua perfecit mandatum ipsi datum, & factus est summus Dux in Israel.

Caleb

Caleb teſtimonium dedit & increpauit populum, ideo accepit ſpecialem hæreditatem.

Dauid permanſit fidelis & ſyncerus ergo Deum, et hęreditate accepit Regnum in æternum.

Elias zelatus eſt pro Lege, & ductus eſt in cœlum.

Anania, Azaria & Miſael crediderunt, & erepti ſunt ex incendio.

Daniel propter innocentiam ſuam eruptus eſt a leonibus.

Ita perpendite quid quoq; tempore factum ſit, et ſcietis quod ſeruantur omnes quotquot confidunt in Deum.

Nolite ergo timere audaciam Impioris, gloria enim eorum lutum eſt & uermis.

Hodie extollitur, cras iacet & non eſt amplius, quia reuerſus eſt in terram ſuam & ſpes eius periit.

Vos ergo filij ſitis forti animo, & defendite Legem, & uiciſsim Deus glorificabit uos.

Veſter

Veſter frater Simon eſt Sapiens, ipſum audite ut Patrem.

Iudas Maccabæus eſt fortis & Gigas, hic erit dux exercitus in bello.

Et aduocate uobis omnes qui ſeruant legem, uindicate uim populo ueſtro illatam.

Reddite uicem Gentibus ut meritę ſunt, & ſerio defendite Legem.

CANTICVM TRIVM PVerorum, ex Apocryphis Danielis.

Tunc hi tres uiri cœperunt canere ſimul, prædicare & laudare Deum in fornace ardente, dicentes:

BENEDICITE omnia opera Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino, benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt Domino, benedicite omnes exercitus Domini Domino.

Benedicite ſol & luna Domino, benedi-

cite stellæ cœli Domino.
Benedicite omnis imber & ros Domino, benedicite omnis spiritus Dei Domino.
Benedicite ignis & æstus Domino, benedicite frigus & æstas Domino.
Benedicite rores & pruina Domino, benedicite gelu & frigus Domino.
Benedicite glacies & niues Domino, benedicite noctes & dies Domino.
Benedicite lux & tenebræ Domino, benedicite fulgura & nubes Domino.
Benedicat terra Dominum, laudet & superexaltet eum in sæcula.
Benedicite montes & colles Domino, benedicite uniuersa germinantia in terra Domino.
Benedicite fontes Domino, benedicite maria & flumina Domino.
Benedicite cete & omnia quæ mouentur in aquis Domino, benedicite omnes uolucres cœli Domino.
Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino, benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum, laudet & superexaltet eum in sæcula.
Benedicite sacerdotes Domini domino, benedicite serui Domini Domino.
Benedicite spiritus & animæ Iustorum Domino, benedicite Sancti & humiles corde Domino.
Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino, laudate & superexaltate eum in sæcula.
Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu, laudemus & superexaltemus eum in sæcula.
Benedictus es Domine in firmamento cœli, laudabilis & gloriosus & superexaltatus in sæcula.

LECTORI.

QVAEdam propter consuetudinem addidi ut & Canticum trium puerorum, Alioqui animus solum erat te inducere ad lectionem Prophetarum, ut quemadmodum nunc nouum testamen-

tum merito legitur ab omnibus, ita h
gustatis quæ ex Prophetis decerpsimus
cupias integros legere Prophetas, a quo
rum lectione nunc quidam abstinent n
scio qua obscuritate territi, id quod
Augustinus in libris confessionum
accidisse fatetur in Esaia Propheta, quem
admonitus ab Ambrosio legere uoleb
An non pulcherrimũ fuerit uidere &
telligere in Prophetis quod Petrus
tilibus prædicat, Acto. x. Christus no
præcepit ut prædicaremus populo ac
stificaremur, quod Ipse sit qui constitu
est Iudex viuorum & mortuorum. H
omnes Prophetæ testimoniũ perhib
Remissionem peccatorum accipere
Nomen Eius quotquot credũt in Ips
Id quod & Christus sic dicit Lucæ
mo, Oportuit impleri omnia quæ scri
sunt de Me in Moise et Prophetis et
mis. Ipse aperiat suo spiritu et nobis
tem, ut intelligamus scripturas, & ni
ibi quæramus nisi CHRIstum, in quem
omnes scripturæ respiciunt, Amen.

Cantu

CANTICVM SANCTORUM Ambrosij & Augustini, quemadmodum aiunt.

TE DEVM LAVDAMVS, te Dominum confitemur.

Te æternum Patrem, omnis terra uenera-
ratur.

Tibi omnes Angeli, tibi cœli & vniuer-
sæ potestates.

Tibi Cherubim & Seraphim, incessabili
uoce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominꝰ Deus Zebaoth.

Pleni sunt cœli & terra, maiestatis gloriæ tuæ.

Te glorioſus Apostolorum chorus.

Te Prophetarum, laudabilis numerus.

Te martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarũ, sancta confitetur Ecclesia.

Patrem immensæ matestatis.

Venerandum tuum uerum, & unicum filium.

Sanctum quoq; paracletum Spiritum.
Tu Rex gloriæ Christe.
Tu Patris sempiternus es filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti uirginis uterum.
Tu deuicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna cœlorum.
Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria Patris.
Iudex crederis esse uenturus.
Te ergo quęsumus tuis famulis subueni quos prętioso sanguine redemisti.
Aeterna fac cum Sanctis tuis gloria munerari.
Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos & extolle eos usq; in æternum.
Per singulos dies benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.
Dignare Domine die isto, sine peccato nos custodire.
Miserere nostri Domine, miserere nostri. Fiat

Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.
In te Domine speraui, non confundar in æternum.

SYMBOLVM ATHANASij Episcopi Alexandrinæ Ecclesiæ.

QVICVNq; uult saluus esse, ante omnia opus est ut teneat Catholicam fidem.
Quam nisi quisq; integram inuiolatamq; seruauerit, absq; dubio in æternum peribit.
Fides autem Catholica hæc est, ut unum Deum in trinitate, & trinitatem in unitate ueneremur.
Neq; confundentes personas, neq; substantiam separantes.
Alia est enim persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti.
Sed Patris & Filij & Spiritus sancti una est diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus.

Aeternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni, sed unus æternus.

Sicut non tres increati nec tres immensi, sed unus increatus & unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres dij, sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominꝰ Filius, Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini, sed unus est Dominus.

Quia

Quia sicut singulatim unamquamq; personam Deum aut Dominum confiteri, Christiana ueritate compellimur.

Ita tres Deos aut Dominos dicere, Catholica religione prohibemur.

Pater a nullo est factus, nec creatus nec genitus.

Filius a Patre solo est, nõ factus nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus a Patre & Filio, non factus nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus ergo Pater non tres Patres, unus filius non tres filij, unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Et in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus.

Sed totæ tres personæ cœterne sibi sunt, & coœquales.

Ita ut per omnia, sicut iam supradictum est, & trinitas in unitate & unitas in trinitate ueneranda sit.

Qui uult ergo saluus esse, ita de trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem ut incarnationem quoq; Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

Et ergo fides recta ut credamus & confiteamur, quod Dominus noster Iesus Christus Dei Filius Deus & homo est.

Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus, & homo ex substantia matris in sæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

Aequalis Patri secundum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem.

Qui licet Deus sit & homo, non duo tamen sed unus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino non confusione substantiæ, sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo

est homo, ita Deus & homo unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis.

Inde uenturus est, iudicare uiuos et mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt ibunt in uitam æternam, qui uero mala, in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica, quam nisi quisq; fideliter firmiterq; crediderit, saluus esse non poterit.

Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Symbo-

SYMBOLVM NICENVM.

CREDO in unum Deum Patrem Omnipotentem factorem cœli & terræ, uisibilium omnium & invisibilium.

Et in unum Dominum Iesum Christum Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula,

Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum uerum de Deo uero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines & propter nostram salutem, descendit de cœlis,

Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria uirgine & homo factus est.

Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est.

Et resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris.

Et iterum uenturus est cum gloria iudicare uiuos & mortuos, cuius Regni non erit finis.

Et in Spiritum sanctum Dominum & Viuificantem, qui ex Patre filioq; procedit.

Qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas.

Et Vnam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam.

Confiteor Vnum baptisma, in Remissionem peccatorum.

Et expecto resurrectionem mortuorum, & uitam uenturi sæculi, Amen.

PIA CANTICA.

Canticum de diuina Trinitate, id quod Præfationem uocant.

GRATIAS agamus Domino Deo nostro, Dignum & iustum est.

Vere dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper & ubiq; gratias agere Domine sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus.

Qui cum Vnigenito Filio tuo & Spiritu san-

Spiritu ſancto unus es Deus, unus es Dominus.

Non in unius ſingularitate perſonæ, ſed in unius trinitate ſubſtantiæ.

Quod enim de tua Gloria, reuelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu ſancto, ſine differentia diſcretionis, ſentimus.

Vt in confeſsione ueræ ſempiternæque Deitatis, & in Perſonis proprietas, & in Eſsentia unitas, & in Maieſtate adoretur æqualitas.

Quam laudant Angeli, adorant dominationes, tremunt Poteſtates.

Cœli cœlorumque uirtutes ac beata Seraphim ſocia exultatione concelebrant.

Cum quibus & noſtras uoces ut admitti iubeas deprecamur, ſupplici confeſsione dicentes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Zebaoth.

Pleni ſunt cœli & terra Gloria tua, Oſanna in excelſis,

Bene-

Benedictus qui uenit in nomine Domini, Oſanna in excelſis.

ORATIO AD EANDEM diuinam Trinitatem.

O adoranda Trinitas, O ueneranda Vnitas.

Per te ſumus creati, uera Aeternitas.

Per te ſumus redempti, ſumma tu Charitas.

Populum cunctum tu protege, ſalua, libera, eripe & emunda.

Te adoramus Omnipotens, Tibi canimus, Tibi laus & gloria, per infinita ſæcula ſæculorum, Amen.

CANTICVM PASCHALE ualde elegans.

VICTIMAE PASCHALI Laudes immolent Chriſtiani.

Agnus redemit Oues, CHRIſtus innocens Patri reconciliauit Peccatores.

Mors

CANTICVM PASCHA.

Mors & Vita duello conflixere mirando, dux uitæ mortuus regnat uiuus.
Dic nobis Maria quid uidisti in uia? Sepulchrum Christi uiuentis et gloriam uidi resurgentis.
Angelicos testes, sudarium & uestes, surrexit Christus Spes mea, præcedet suos in Galilea.
Credendum est magis soli Mariæ uerací, quam Iudæorum turbæ fallaci.
Scimus Christum surrexisse a mortuis uere, Tu nobis Victor Rex miserere.

ORATIO AD DEVM Spiritum sanctum.

SANCTI SPIRITVS ADsit nobis gratia.
Quæ corda nostra sibi faciat habitaculum.
Expulsis inde cunctis uitijs spiritalibus.
Spiritus alme illustrator hominum.
Horridas nostræ mentis purga tenebras.
Amator sancte sensatorum semper cogitatuum.

Infunde

Infunde Vnctionem tuam clemens nostris sensibus.
Tu purificator omnium flagitiorum Spiritus.
Purifica nostri oculum interioris hominis.
Vt uideri supremus Genitor possit a nobis.
Mundi cordis quem soli cernere possunt oculi.
Prophetas tu inspirasti ut preconia Christi tunc precinerent inclyta.
Apostolos tu confortasti uti trophæum Christi per totum mundum ueherent.
Quando machinam per uerbum suum fecit Deus, cœli, terræ, marium.
Tu super aquas foturus eas Numen tuum expandisti Spiritus.
Tu animabus uiuificandis aquas fœcundas.
Tu aspirando das spiritales esse homines.
Tu diuisum per linguas mundum & ritus, adunasti Domine.

Idolatras ad cultum DEI reuocas Magistrorum optime.

Ergo nos supplicantes tibi exaudi propicius Sancte Spiritus.

Sine quo preces omnes cassæ creduntur & indignæ DEI auribus.

ADDITVM DE FESTO PENTECOSTES.

Tu qui omnium sæculorum Sanctos tui Numinis docuisti instinctu amplectendo Spiritus.

Ipse hodie Apostolos CHRISTI donas munere insolito & cunctis inaudito sæculis.

Hunc diem gloriosum fecisti.

ORATIO AD DEVM SANCTVM SPIRITVM.

VENI

VENI SANCTE SPIRITUS & emitte cœlitus lucis tuæ radium.

Veni Pater Pauperum, ueni dator munerum, ueni lumen cordium

Consolator optime, dulcis hospes animę, dulce refrigerium.

In labore requies, in æstu temperies, in fletu Solatium.

O lux beatissima reple cordis intima tuorum fidelium,

Sine tuo Numine nihil est in homine, nihil est innoxium.

Laua quod est sordidum, riga quod est aridum, sana quod est saucium,

Flecte quod est rigidum, foue quod est frigidum, rege quod est deuium.

Da tuis Fidelibus in Te confidentibus sacrum septenarium,

Da uirtutis meritum, da salutis exitum, da perenne gaudium.

AMEN.

HYMNI

HYMNOS QVOS

dam addidi, pios quidem & synceros c
sacra scriptura, sed quorum aliqui non
nunquam haud satis respondent cari
minis integritati, ut uel in
Hymno: Conditor al-
me etc. statim in
principio ui-
dere licet.

IAMBICVM DIMETRVM

cum mane surgis.

IAM LVCIS ORTO sidere
Deum precemur supplices
Vt in diurnis actibus
Nos seruet a nocentibus.
Linguam refrenans temperet.
Ne litis horror insonet,
Visum fouendo contegat
Ne uanitates hauriat.
Sint pura cordis intima,
Absistat & uecordia,
Carnis terat superbiam Potus

Potus cibiq; parcitas.
Vt cum dies abscesserit
Noctemq; sors reduxerit
Mundi per abstinentiam
Ipsi canamus gloriam.
Deo Patri sit gloria,
Eiusq; soli Filio,
Cum spiritu paracleto
Nunc & per omne sæculum
Amen.

IAMBICVM DIMETRVM.

circa nostram horam octauam, quo tempore uenit in igne spiritus sanctus super discipulos in die Pentecostes.

NVNC SANcte nobis spiritus
Vnum Patri cum Filio
Dignare promptus ingeri
Nostro refusus pectori.
Os, lingua, mens, sensus, uigor,
Confessione personent,
Flammescat igne charitas,
Accendat ardor proximos.
Præsta Pater pijssime,

Patríq; compar unice
Cum ſpíritu paracleto
Nunc & per omne ſæculum.

IAMBICVM DIMETRVM

in meridie feruente ſole circa undecimam noſtram horam & poſtea.

RECTOR potens, uerax Deus
Qui temperas rerum uices,
Splendore mane inſtruis
Et ignibus meridiem.
Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium,
Confer ſalutem corporum,
Veramq; pacem cordium.
Præſta etc.

IAMBICVM DIMETRVM,

circa horam ſecundam, quando CHRIſtus ſacra morte expirauit.

RERVM DEVS tenax uigor
Immotus in te permanens,
Lucis

Lucis diurnæ tempora
Succeſsibus determinans,
Largire clarum ueſpere
Quo uita nuſquam decidat,
Sed pręmium mortis ſacræ
Perennis inſtet gloria
Præſta etc.

IAMBICVM DIMETRVM

cadente ſole.

OLVX BEATA Trinitas
Et principalis unitas
Iam ſol recedit igneus
Infunde lumen cordibus.
Te mane laudum carmine,
Te deprecemur ueſperi,
Te noſtra ſupplex gloria
Per cuncta laudet ſęcula.
Deo Patri etc.

ALIVD.

DEVS CREATOR omnium
Políq; rector, ueſtiens
Diem decoro lumine,
Noctem ſoporis gratia.

Artus ſolutos ut quies
Reddat laboris vſui,
Menteſq; feſsas alleuet,
Luctuſq; ſoluat anxios.
Grates peracto iam die
Et noctis exortu preces
Voti reos ut adiuues
Hymnum canentes ſoluimus.
Te cordis ima concinant,
Te uox canora concrepet
Te diligat caſtus amor,
Te mens adoret ſobria.
Vt cum profunda clauſerit
Diem caligo noctium,
Fides tenebras neſciat,
Et nox fideli luceat.
Dormire mentem ne ſinas,
Dormire culpa nouerit
Caſtos fides refrigerans
Somni uaporem temperet,
Exuta ſenſu lubrico
Te cordis alta ſomnient
Ne hoſtis inuidi dolo
Pauor quietos ſuſcitet

Chriſtum

Chriſtum rogemus & Patrem,
Chriſti Patriſq; ſpiritum,
Vnum potens per omnia
Foue precantes Trinitas.

ALIVD.

TE LVCIS ante terminum
Rerum creator poſcimus
Vt ſolita clementia
Sis preſul & cuſtodia:
Procul recedant ſomnia
Et noctium fantaſmata,
Hoſtemq; noſtrum comprime
Ne polluantur corpora.
Preſta Pater Omnipotens
Per Iheſum Chriſtum Dominum
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum Sancto ſpiritu.

ALIVD.

CHRISTE qui lux es & dies
Noctis tenebras detegis,
Luciſq; lumen crederis,
Lumen beatum prædicans.

Precamur sancte Domine,
Defende nos in hac nocte,
Sit nobis in te requies,
Quietam noctem tribue,
Ne grauis somnus irruat,
Nec hostis nos surripiat,
Nec caro illi consentiens
Nos tibi reos statuat.
Oculi somnum capiant,
Cor semper ad te uigilet.
Dextera rua protegat
Famulos qui te diligunt.
Defensor noster aspice,
Insidiantes reprime,
Guberna tuos famulos
Quos sanguine mercatus es.
Memento nostri Domine
In graui isto corpore,
Qui es defensor animæ
Adesto nobis Domine.
DEO Patri sit gloria etc.

ALIVD. IESV

IESV REDEMPTOR sæculi,
Verbum Patris Altissimi
Lux lucis inuisibilis,
Custos tuorum peruigil.
Tu fabricator omnium
Discretor atq; temporum
Fessa labore corpora
Noctis quiete recrea.
Te deprecamur supplices
Vt nos ab hoste liberes,
Ne ualeat seducere
Tuo redemptos sanguine.
Vt dum graui in corpore
Breui manemus tempore,
Sic caro nostra dormiat
Vt mens soporem nesciat
Sit Christe Rex pijssime
Tibi Patriq; gloria
Cum spiritu paracleto
Et nunc & in perpetuum.

CORIAMBICVM PRV-
dentij quando incenditur
uesperi lumen.

Inuentor

INVENtor rutili dux bone luminis
Qui certis uicibus tempora diuidis,
Merso sole chaos ingruit horridum
Lumen redde tuis Christe fidelibus.
Quamuis innumero sidere regiam
Lunariq; polum lampade pinxeris,
Incusu silicis lumina nos tamen
Monstras saxigeno semine quærere.
Ne nesciret homo spem sibi luminis
In Christi solido corpore conditam,
Qui dici stabilem se uoluit Petram,
Nostris igniculis unde genus uenit.
Pinguis quos olei rore madentibus,
Lychnis ac facibus pascimus aridis,
Quin & fila fauis scirpea floreis
Presso melle prius collita fingimus,
Viuax flamma uiget seu caua testula
Succum linteolo suggerit ebrio,
Seu pinus piceam fert alimoniam
Seu cęram teretem stuppa calēs bibit.
Splendent ergo tuis muneribus Pater
Flammis mobilibus scilicet atria,
Absentemq; diem lux agit ænula,
Quam nox cũ lacero uicta fugit peplo

Per Christum genitũ summe Pater tuũ,
In quo uisibilis stat tibi gloria
Qui noster Dominus, qui tuus unicꝰ,
Spirat de patrio corde paracletum.
Per quem splendor, honos, laus, sapiētia,
Maiestas, bonitas & pietas tua
Regnum continuat, numine triplici,
Texens perpetuis sæcula sæculis.
Amen.

IAMBICVM DIMETRVM
de opere uel creatione primæ diei,
quæ nunc est Dominica.

LVCIS CREATOR optime
Lucem dierum proferens
Primordijs lucis nouæ
Mundi parans originem,
Qui mane iunctum uesperi
Diem uocari præcipis,
Tetrum cahos illabitur
Audi preces cum fletibus.
Ne mens grauata crimine
Vitę sit exul munere,
Dum nil perenne cogitat,

Seseq;

Seseq; culpis illigat.
Cœlorum pulset intimum,
Vitale tollat præmium,
Vitemus omne noxium,
Purgemus omne pessimum.
Præsta Pater per Filium,
Præsta per almum spiritum,
Cum his per æuum triplici
Vnus Deus cum Numine.

IAMBICVM DIMETRVM
de opere sæcundæ diei.

IMMENSE COELI conditor
Qui mixta ne confunderes
Aquæ fluenta diuidens
Cœlum dedisti limitem,
Firmans locum cœlestibus
Simulq; terræ riuulis
Vt unda flammas temperet
Terræ solum ne dissipet.
Infunde nunc pijssime
Donum perennis gratiæ,
Fraudis nouę ne casibus
Nos error atterat uetus.

Lucem fides inueniat,
Sic luminis iubar ferat
Vt uana cuncta terreat,
Hanc falsa nulla comprimant.
Præsta Pater pijssime etc.

IAMBICVM DIMETRVM
de opere tertiæ diei.

TELLVRIS ingens conditor,
Mundi solum qui eruens,
Pulsis aquæ molestijs
Terram dedisti immobilem,
Vt germen aptum proferens
Fuluis decora floribus
Fœcunda fructu sisteret,
Pastumq; gratum redderet.
Mentis perustæ uulnera
Munda uigore gratiæ,
Vt facta fletu diluat,
Motusq; prauos atterat.
Iussis tuis obtemperet,
Nullis malis approximet,
Bonis repleri gaudeat
Et mortis actus nesciat
Præsta Pater pijssi, etc.

IAMBICVM DIMETRVM de opere quartæ diei.

COELI DEVS sanctissime
Qui lucidum centrum poli
Candore pingis igneo,
Augens decoro lumine.
Quarto die qui flammeam
Solis rotam constituens,
Lunæ ministras ordini
Vagos recursus siderum.
Vt noctibus uel lumini.
Diremptionis terminum,
Primordijs & mensium
Signum dares notissimum.
Illumina cor hominum,
Absterge sordes mentium,
Resolue culpæ uinculum,
Euerte moles criminum.
Præsta Pater pijssime etc.

IAMBICVM DIMETRVM de opere quintæ diei.

MAGNAE DEVS potentiæ
Qui ex aquis ortum genus
Partim remittis gurgiti

Partim leuas in aera.
Dimersa limphis imprimens,
Subuecta cœlis irrogans,
Vt stirpe una prodita
Diuersa rapiant loca.
Largire cunctis seruulis
Quos mundat unda sanguinis
Nescire lapsus criminum,
Nec ferre mortis tedium,
Vt culpa nullum deprimat,
Nullum leuet iactantia,
Elisa mens ne concidat,
Elata mens ne corruat.
Præsta Pater pijssime etc.

IAMBICVM DIMETRVM de opere sextæ diei.

PLASMATOR hominis Deus
Qui cuncta solus ordinans
Humum iubes producere
Reptantis & ferę genus,
Qui magna rerum corpora
Dicto iubentis uiuida
Vt seruiant per ordinem

Subdens dediſti homini,
Repelle a ſeruis tuis
Quicquid per immundiciam
Aut moribus ſe ſuggerit
Aut actibus ſe interſerit.
Da gaudiorum præmia,
Da gratiarum munera,
Diſſolue litis uincula,
Aſtringe pacis fœdera.
Præſta Pater piiſſime etc.

IAMBICVM DIMETRVM
de aduentu Domini.

CONDITOR alme ſiderum,
Aeterna lux credentium
Chriſte redemptor omnium
Exaudi preces ſupplicum.
Qui condolens interitu
Mortis perire ſæculum
Saluaſti mundum languidum
Donans reis remedium.
Vergente mundi ueſpere
Vti ſponſus de thalamo
Egreſsus honeſtiſsima Virginis

Virginis matris clauſula,
Cuius forti potentiæ
Genu curuantur omnia,
Cœleſtia terreſtria
Fatentur nutu ſubdita,
Occaſum ſol cuſtodiens,
Luna pallorem retinens,
Candor in aſtris relucens
Certos obſeruat limites.
Te deprecamur hagie
Venture iudex ſæculi
Conſerua nos in tempore
Hoſtis a telo perfidi.
Laus, honor, uirtus, gloria
Deo Patri cum filio
Sancto ſimul paracleto
In ſempiterna ſæcula.

ALIVD AMBROSII.

VENI redemptor gentium
Oſtende partum uirginis,
Miretur omne ſæculum,
Talis decet partus Deum.
Non ex uirili ſemine

Sed mystico spiramine
Verbum DEI factum est carō
Fructusq; uentris floruit.
Aluus tumescit uirginis,
Claustra pudoris permanent,
Vexilla uirtutum micant.
Versatur in templo Deus,
Procedens de thalamo suo
Pudoris aula regia
Geminæ gigas substantiæ
Alacris ut currat uiam.
Egressus eius a patre,
Regressus eius ad patrem,
Excursus usq; ad inferos,
Recursus ad sedem DEI.
Aequalis æterno patri
Carnis trophæo accingere,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Præsepe iam fulget tuum,
Lumenq; nox spirat nouum
Quod nulla nox interpollet,
Fideq; iugi luceat.
Deo Patri sit etc

IAM

IAMBICVM DIMETRVM
de natali Domini. Sedulius autor.

A SOLIS ORTVS cardine
Adusq; terræ limitem
Christum canamus principem
Natum Maria uirgine.
Beatus autor sæculi
Seruile corpus induit,
Vt carne carnem liberans
Ne perderet quos condidit.
Casta parentis uiscera
Cœlestis intrat gratia,
Venter puellæ baiulat
Secreta quæ non nouerat.
Domus pudici pectoris
Templum repente fit Dei,
Intacta nesciens uirum
Verbo concepit filium.
Enixa est puerpera
Quem Gabriel prædixerat,
Quem matris aluo gestiens
Clausus Ioannes senserat.
Fœno iacere pertulit,
Præsepe non abhorruit,

Paruoq; lacte paſtus eſt
Per quem nec ales eſurit
Gaudet chorus cœleſtium,
Et Angeli canunt Deo,
Palamq; fit paſtoribus
Paſtor creator omnium.
Summo parenti gloria,
Natoq; laus quam maxima
Cum ſancto ſit ſpiramine
Nunc & per omne ſæculum.

ALIVD FORTVNATI.

AGNOSCAT omne ſæculum
Veniſſe uitæ præmium.
Poſt hoſtis aſperi iugum
Apparuit redemptio.
Eſaias quæ cecinit
Completa ſunt in uirgine
Annunciauit Angelus,
Sanctus compleuit Spiritus.
Maria uentre concipit
Verbi fidelis ſemine,
Quem totus orbis non capit
Portant puellæ uiſcera.

Radix

Radix Ieſse iam floruit
Et uirga fructum ædidit,
Fœcunda partum protulit
Et uirgo mater permanet.
Præſepi imponi pertulit
Qui lucis autor extitit,
Cum patre cœlos condidit,
Sub matre pannos induit.
Legem dedit qui ſæculo
Cuius decem præcepta ſunt,
Dignando factus eſt homo
Sub legis ipſe uinculo.
Adam uetus quod polluit
Adam nouus hoc abluit,
Tumens quod ille deijcit
Humillimus hic erigit.
Iam nata lux eſt & ſalus,
Fugata nox & uicta mors,
Venite Gentes credite,
Deum Maria protulit,
Cum Patre laus ſit filio
Cum ſpiritu paracleto,
Quo pregnans uirgo mater eſt,
Manet Deus qui naſcitur.

ALIVD, PRVDENTII, SED

Trochaicum tetrametrum, acatalectico et catalectico alternatim currens.

CORDE natus ex parentis
Ante mundi exordium,
Alpha & o cognominatus,
Ipse fons & clausula
Omnium quæ sunt, fuerunt
Quæq; post futura sunt.
(. Sæculorum sæculis .)
O beatus partus ille,
Virgo cum puerpera
Aedidit nostram salutem
Fœta sancto spiritu
Et puer redemptor orbis
Os sacratum protulit.
(. Sæculorum sæculis .)
Psallat altitudo cœli,
Psallant omnes Angeli,
Quicquid est uirtutis usquam
Psallat in laudem Dei,
Nulla linguarum silescat,
Vox & omnis consonet,
(. Seculorum seculis .)

Ecce

Ecce quem uates uetustis
Concinebant sæculis,
Quem Prophetarum fideles
Paginę spoponderant
Emicat promissus olim.
Cuncta collaudent eum.
(. Sæculorum sæculis .)
Te senes & te iuuentus,
Paruulorum te chorus,
Turba matrum uirginumq;
Simplices puellulæ
Voce concordes pudicis
Perstrepent concentibus,
(. Sæculorum sæculis .)

ADDITVM.

Tibi Christe sit cum Patre
Hagioq; spiritu
Hymnus, melos, laus perennis,
Gratiarum actio,
Honor, uirtus, uictoria,
Regnum æternaliter.
(. Sæculorum sæculis .)

IAMBICVM DIMETRVM

Sedulij de Epiphania Domini.

HERODES HOSTIS impie
CHRistum uenire quid times?
Non arripit mortalia
Qui regna dat cœlestia
Ibant Magi quam uiderant
Stellam sequentes præuiam,
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.
Lauacra puri gurgitis
Cœlestis agnus attigit,
Peccata quæ non detulit
Nos abluendo sustulit.
Nouum genus potentiæ,
Aquæ rubescunt hydriæ,
Vinumq; iussa fundere
Mutauit unda originem.
Summo parenti gloria etc.

ELEGIACVM IN die Palmarum.

GLORIA laus et honor tibi sit rex Christe redemptor
Cui puerile decus prompsit Osanna pium.
Israel tu Rex, Dauidis & inclyta proles,
Nomine qui in Domini Rex benedicte uenis:
Cœtus in excelsis te laudat cœlicus omnis
Et mortalis homo, & cuncta creata simul.
Plebs Hebræa tibi cum palmis obuia uenit,
Cum prece, uoto, hymnis assumus ecce tibi.
Hi placuere tibi, placeat deuotio nostra,
Rex pie, Rex clemens, cui bona cuncta placent,
Hi tibi passuro soluebant munia laudis,
Nos tibi regnanti pangimus ecce melos.

TROCHAICVM FORtunati acatalectico & catalectico alternis incedens, de Passione Domini.

Pange

PANGE LINGVA glorioſi
Prælium certaminis,
Et ſuper crucis trophæo
Dic triumphum nobilem
Qualiter redemptor orbis
Immolatus uicerit.
De parentis protoplaſti
Fraude factor condolens,
Quando pomi noxialis
Morſu in mortem corruit,
Ipſe lignum tunc notauit
Damna ligni ut ſolueret.
Hoc opus noſtræ ſalutis
Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris
Ars ut artem falleret,
Et medelam ferret inde
Hoſtis unde læſerat.
Quando uenit ergo ſacri
Plenitudo temporis,
Miſsus eſt ab arce patris
Natus orbis conditor,
Atq; uentre uirginali
Caro factus prodijt.

Vagit

Vagit infans inter arcta
Conditus præſepia,
Membra pannis inuoluta
Virgo mater alligat,
Et pedes manuſq;,crura
Stricta cingit faſcia.
Luſtra ſex qui iam peracta
Tempus implens corporis,
Se uolente natus ad hoc
Paſſioni deditus
Agnus in cruce leuatur
Immolandus ſtipite.
Hic acetum,fel,arundo,
Sputa,claui, lancea,
Mite corpus perforarunt,
Sanguis unda profluit,
Terra,pontus,aſtra,mundus
Quo lauantur flumine.
Crux fidelis inter omnes
Arbor una nobilis
Nulla ſylua talem profert
Fronde,flore,germine,
Dulce lignum dulces clauos,
Dulce pondus ſuſtinet.

Flecte

Flecte ramos arbor alta,
Tensa laxa uiscera,
Et rigor lentescat ille
Quem dedit natiuitas,
Quo superni membra regis
Miti tendas stipite.
Sola digna tu fuisti
Ferre sæcli precium,
Atq; portum pręparare
Nauta mundo naufrago
Quem sacer cruor perunxit
Fusus agni corpore.

PRVDENTIVS.

Vidit aguis immolatam
Corporis sacri hostiam,
Vidit & fellis perusti
Mox uenenum perdidit,
Saucius dolore multo
Colla fractus sibilat.
Quid tibi prophane serpens
Profuit rebus nouis
Plasma primum perculisse
Versipelli astutia?
Diluit culpam recepta

Forma mortali Deus.

ADDITVM aliunde.

Genitori genitoq;
Laus & iubilatio,
Salus, honor, uirtus quoq;
Sit & benedictio,
Procedenti ab utroq;
Compar sit laudatio.

ALIVD, SED Iambicum dimetrum.

REX Christe factor omnium,
Redemptor & credentium
Placare uotis supplicum
Te laudibus colentium.
Cuius benigna gratia
Crucis per alma uulnera
Virtute soluit ardua
Primi parentis uincula.
Qui es creator siderum
Tegmen subisti carneum
Dignatus hanc uilissimam
Pati doloris formulam.

Ligatus es ut solueres
Mundi ruentis complices,
Per probra tergens crimina
Quæ mundus auxit plurima:
Cruci redemptor figeris,
Terram sed omnem concutis,
Tradis potentem spiritum,
Nigrescit atq; sæculum.
Mox in paternæ gloriæ
Victor resplendens culmine,
Tu spiritus munimine
Defende nos rex optime.

ELEGIACVM PASCHALE LACTANTII.

SAlue festa dies toto uenerabilis æuo
Qua Deus infernum uicit & astra tenet.

Ecce renascentis testatur gratia mundi
Omnia cũ Domino dona rediisse suo.
Namq; triumphanti post tristia tartara Christo
Vndiq; fronde nemus, gramina flore fauent.
Legibus

Legibus inferni oppressis super astra meantem
Laudant rite Deum lux, polus, arua, fretum.
Qui crucifixus erat Deus ecce per omnia regnat
Dantq; creatori cuncta creata precem.
Christe salus rerum, bone conditor atq; redemptor,
Vnica progenies ex deitate Patris,
Solue catenatas inferni carceris umbras,
Et reuoca sursum quicquid ad ima ruit.

AMEN.

SAPPHICVM PASCHALE.

VIta sanctorum Deus Angelorum
Vita cunctorum pariter piorum
Christe qui mortis moriens ministrum
Exuperasti.
Tu tuo lætos famulos trophæo
Nunc in his serua placidis diebus

In quibus ſanctum celebratur omnem
Paſcha per orbem.
Paſcha quo uictor rediens ab imo
Atq; cum multis alijs reſurgens
Ipſe ſuſceptam ſuper alta carnem
Aſtra leuaſti.
Nunc in excelſis Dominus refulgens
Et ſupra cœlos Deus eleuatus
Inde uenturus homo iudicatus
Denuo iudex.
Corda tu ſurſum modo noſtra tolle
Quo patri dexter reſides in alto,
Ne reſurgentes facias in ima
Præcipitari.
Hoc Pater tecum, hoc idem ſacratus
Præſtet amborum pie Chriſte flatus,
Cum quibus regnas Deus unus omni
Iugiter æuo.

ALIVD, SED DIMETRVM ſpecie IAMBICI.

IESV NOSTRA redemptio,
Amor & deſiderium,
Deus creator omnium, homo

Homo in fine temporum.
Quæ te uicit clementia
Vt noſtra ferres crimina,
Crudelem mortem patiens
Vt nos a morte tolleres,
Inferni clauſtra penetrans,
Tuos captiuos redimens,
Victor triumpho nobili
Ad dextram Patris reſidens,
Ipſa te cogat pietas
Vt mala noſtra ſuperes,
Parcendo, & uoti compotes
Nos tuo uultu ſaties.
Tu eſto noſtrum gaudium
Qui es futurus præmium
Sit noſtra in te gloria
Per cuncta ſemper ſæcula.
Gloria tibi Domine
Qui ſurrexiſti a morte,
Cum Patre & ſancto ſpiritu
In ſempiterna ſæcula.

CORIAMBICVM DE aſcenſione Domini.

FEstum nũc celebre magnaq; gaudia
Compellũt animos carmina, pmere.
Cum Christ⁹ solium scandit ad arduum
Cœlorum pius arbiter.
Conscendit iubilans lætus ad æthera
Sanctorum populus, prædicat inclytum,
Conscendit pariter angelicus chorus
Victoris prope gloriam.
Qui scandens superos uincula uinxerat
Donans terrigenis munera plurima,
Districtus rediet arbiter omnium.
Qui mitis modo transijt.
Oramus Domine conditor inclyte
Deuotos famulos respice, protege,
Ne nos liuor edax dæmonis obruat
Demergat uel in inferos.
Vt cum flammiuoma nube reuerteris
Occulta hominum pandere iudicans,
Ne des supplicia horrida noxijs,
Sed iustis bona pręmia,
Præsta hoc genitor optime Maxime,
Hoc tu nate Dei & bone spiritus,
Regnans perpetuo fulgida Trinitas
Per cuncta quoq; secula. Iam

IAMBICVM DIMETRVM
ad sanctum Spiritum.

VENI CREATOR spiritus,
Mentes tuorum uisita,
Imple superna gratia
Quæ tu creasti pectora.
Qui paracletus diceris,
Donum Dei altissimi.
Fons uiuus, ignis, charitas
Et spiritalis unctio.
Tu septiformis munere,
Dextræ Dei tu digitus,
Tu rite promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemq; dones protinus,
Ductore sic te pręuio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da patrem,
Noscamus atq; filium,

Te utriusq; spiritum
Credamus omni tempore.
Sit laus Patri cum Filio,
Sancto simul paracleto,,
Nobisq; mittat Filius
Charisma sancti Spiritus.

TROCHAICVM THOMAE

Aquinatis acatalectico & catalectico alternatim currens, de cœna Domini. Videtur rythmus potius.

PANGE LINGVA glorioſi
Corporis mysterium,
Sanguinisq; precioſi,
Quem in mundi pretium
Fructus uentris generoſi
Rex effudit gentium.
Nobis natus, nobis datus
Ex intacta uirgine,
Et in mundo conuersatus
Sparso uerbi semine
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.
In supremæ nocte cœne.

Recum-

Recumbens cum fratribus,
Obseruata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.
Verbum caro panem uerum
Verbo carnem efficit,
Fitq; sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor syncerum
Sola fides sufficit.
Tantum ergo sacramentum
Veneremur cernui,
Et antiquum documentum
Nouo cedat ritui,
Præstet fides supplementum
Sensuum defectui
Genitori genitoq;
Laus & iubilatio,
Salus, honor, uirtus quoq;
Sit & benedictio,
Procedenti ab utroq;
Compar sit laudatio.

IAMBICVM DIMETRVM
de matre DEI virgine sanctissima.

FIT porta CHRIsti peruia,
Referta, plena gratia,
Transitq; Rex & permanet
Clausa ut fuit per sæcula.
Genus superni luminis
Processit aula virginis,
Sponsus, redemptor, conditor,
Suæ gigas Ecclesiæ.
Honor matris & gaudium,
Immensa spes credentium,
Per atra mortis pocula
Resoluit nostra crimina.
Gloria tibi Domine.
Qui natus es de virgine,
Cum Patre & sancto spiritu
In sempiterna sæcula.

ALIVD SED
Elegiacum.

VIRGO Dei genitrix quem totus
non capit orbis
In tua se clausit uiscera factus homo.

Vera fides geniti purgauit crimina mundi.
Et tibi virginitas inuiolata manet.
Gloria magna Patri, compar tibi gloria nate,
Flamine cum sancto, gloria magna Patri.

IAMBICVM DIMETRVM
Philip. Melan. de S. Ioan. Baptista.

AETERNO gratias Patri,
Omnes canant Ecclesiæ
Quod nuncium uerbi sui,
Ioannem nobis miserit.

Hic mores exui malos,
Iussit: metuq; iudicis,
Mox adfuturi terruit,
Superbas mentes omnium.

Rursusq; perculsos metu,
In spem uitæ certam uocat,
Et monstrat agnum digito,
Qui placat unicus Deum.

Hæc ille firmo pectore,
Docet, Christumq; prędicat,
Venire, ceu solem nouum,
Prodire aurora nunciat.

Nec Pharisæi spiritum,
Fregerunt ingentem uiri,
Helias alter hic fuit,
Hypocritas dum arguit.

Te summe rogamus Pater,
Vt corda nostra suscites,
Vt uere possint credere,
Ioannis testimonio, Amen.

IAMBICVM DIMETRVM.

De Maria DEI genitrice uisitante Elisabet, Autore Philippo Melanthone.

ÆTERNE gratias tibi
Dicamus omnes conditor,
Quod inter hostes plurimos
Ecclesiam seruas tamen.

Vt inter arma gentium,
Herodis & satellites,
Interq; tetros dogmatum
Furores & deliria,

Seruas Mariam uirginem,
Domumq; castæ Elisabet
Quæ prædicant munus tuum
Datumq; Christum nunciant.

Non Pontifex, non Principes,
Etsi sciunt oracula
Vatum, uenisse nouerant
Salutis autorem nouæ.

Sed dulcis hæc Elisabet
Et uirginis congressio
Arcana promit cæteris
Vere Deum colentibus.

Aluoq; fœtus conditus
Longo Sacerdotum agmini
Agnoscit ignotum ducem,
Adorat & gestu suo.

Hæc prima Synodus fuit
Testata de Christo duce,
Postq; statuto tempore
Verbum Patris factum est caro.

Accensa testimonijs
In corde nostro talibus
Colat fides & inuocet
Christum Mariæ filium

Opemq; spe firma petat
Missumq; credat, á Patre,
Vt inuocantes adiuuet,
Malisq; cunctis liberet.

AMEN.

ALIVD, PAVLI EBERI.

QVám læta perfert nuncia
Dum Galilæis finibus
Relictis, cognatam suam
Procul Maria uisitat?

Quanto

Quanto Mariam gaudio
Elisabeth complectitur?
Quam scit, monente spiritu,
Gestare promissum ducem:

Qui conciliaturus Deo
Patri sit humanum genus,
Lapsu quod olim se graui
A conditore auerterat.

Quem flagitauerant patres
Multis uenire sæculis:
Hunc matris incluſus suæ
Aluo Iohannes excipit.

Et prædicare quem pia,
Lingua nequit mutus senex:
Hunc mente adorat, indicans
Gestu Dei præsentiam.

Hanc parua continet casa
Ecclesiæ turbam nouæ,
Quæ prima declarat ratum
Verbum Dei, de semine.

Dum tentat Herodes suum
Firmare regnum cædibus,
Et helluatur Caiphas
Pioscꝫ Doctores necat.

Perinde nunc Ecclesiam
Arctæ tenent angustiæ,
Quam turbat aut erroribus,
Aut cædibus dirus Draco.

Hanc tu, carentem robore
Firmisq; defensoribus,
Tuere Christe quæsumus
Laudes tuas ut prædicet.

DE ANGELIS SAPhicon. Philippi Melanthonis.

DIcimus grates tibi summe rerum
Cõditor, Gnato tua qd' ministros
Flammeos finxit manus, Angelorum
Agmina pura.

Qui tuæ lucis radijs uibrantes
Te uident lætis oculis, tuascꝫ
Hauriunt uoces, sapientiæcꝫ
Fonte fruuntur.

Hos nec ignauum finis esse uulgus
Nec per ingentes uolitare frustra
Aetheris tractus, temére nec inter
Ludere uentos,

Sed iubes Christo comites adesse
Et pios cœtus hominum tueri,
Qui tuas leges uenerantur, atcꝫ
Discere curant.

Impijs ardens odijs & ira
Nam tuis castris Draco semper infert
Bella, qui primus scelus atcꝫ mortem
Intulit orbi.

Hic domos, urbes, tua templa, gentes,
Et tuæ legis monumenta tota
Et bonos mores abolere tentat
Funditus omnes.

Interim sed nos tegit Angelorum
Quę Ducem Christũ sequitur, caterua,
Atcꝫ grassantis reprimit cruenta
Arma Draconis.

Angeli Lothon Sodomæ tuentur
Inter infestos Eliseus hostes

HYMNI.

Angelis cinctus nihil extimescit
Bellica signa.
Tutus est inter medios Leones
Angelis septus Daniel Propheta,
Sic tegit semper Deus his ministris
Omnia nostra.
Hoc tuum munus celebramus una
Et tibi noster chorus, Angelique
Gratias dicunt simul accinentes,
Conditor alme.
Et tuo templo uigiles ut addas
Angelos semper, populoq; gnati
Qui tui uerbum colit, obsecramus,
Pectore toto.

AMEN.

LITANIAE

KYRIE ELEISON.
CHRISTE ELEISON.
KYRIE ELEISON.
CHRISTE Exaudi nos
Pater

LITANIAE.

Pater de cœlis Deus, Miserere nobis,
Fili redemptor mundi Deus. Mise.nob.
Spiritus sancte Deus. Miserere nobis.
Propicius esto, Parce nobis Domine
Propicius esto Libera nos Domine.
Ab omni peccato. Libera nos Domine
Ab omni errore. Libera nos Domine
Ab omni malo, Libera nos Domine
Ab insidijs Diaboli, Libera nos Domi.
A subitanea & improuisa morte, Libe.
A peste & fame, Libera nos Domine
A bello & cæde, Libera nos Domine
A seditione & simultate, Libe. nos Do.
A fulgure & tempestatibus, Li.nos Do.
A morte perpetua, Libera nos Domi.
Per mysteriũ sanctę incarnationis tuæ.li.
Per sanctam natiuitatem tuam. Li.n.D.
Per Bapti.mum, Ieiunium et tentationes
tuas. Libera nos Domine.
Per agoniam & sudorem tuũ sanguinem
Per crucem & passionem tuam, Li.n.D.
Per mortem & sepulturam tuam, Li.nos
Per resurrectionem & ascensionem tu-
am. Libera nos Domine.

Per aduentum ſpiritus ſancti paracleti,
Libera nos Domine,
In omni tempore tribulationis noſtræ,
Libera nos Domine,
In omni tempore fœlicitatis noſtrę, Li.
In hora mortis, Libera nos Domine,
In die iudicij, Libera nos Domine,
Peccatores, Te rogames audi nos.
Vt Eccleſiam tuam ſanctam Catholicam
regere & gubernare digneris Te ro.
Vt cunctos Epiſcopos, Paſtores & Mi
niſtros Eccleſiæ in ſano uerbo & ſanc
cta uita ſeruare digneris. Te rog.au.
Vt Satanicum Mahometicæ Abomina
tionis furorem uelociter finire digne
ris. Te rogamus audi nos.
Vt Spiritus malignos in hęreticis contę
rere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt ſectas & omnia ſcandala tollere dig
gneris. Te rogamus audi nos.
Vt errantes & ſeductos reducere in uiã
am ueritatis digneris. Te rog.au.nos.
Vt Satanam ſub pedibus noſtris contę
rere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt opę

Vt operarios fideles in meſsem tuã mit
tere digneris. Te rogamus audi nos.
Vt incrementum uerbi & fructum ſpiri
tus cunctis audientibus largiri digne
ris. Te rogamus audi nos.
Vt lapſos erigere & ſtantes confortare
digneris. Te rogamus audi nos.
Vt puſillanimes & tentatos conſolari &
adiuuare digneris. Te rog.audi nos.
Vt Regibus & Principibus cunctis,pa
cem et concordiã donare digneris. Te
Vt Cęſari noſtro ppetuam uictoriã con
tra hoſtes ſuos donare digneris. Te
Vt Principem noſtrum cũ ſuis preſidib9
dirigere et tueri digneris. Te ro.a,nos
Vt Magiſtratum et plebem noſtram be
nedicere & cuſtodire digneris. Te.
Vt afflictos & periclitantes reſpicere &
ſaluare digneris. Te rogam9 audi nos
Vt pregnantibus & lactentibus fœlicem
partum & incrementum largiri dig
gneris. Te rogamus audi nos.
Vt infantes & ęgros fouere & cuſtodire
digneris. Te rogamus audi nos.

Vt cap

LITANIAE.

Vt captiuos liberare digneris. Te rog.
Vt pupillos & uiduas protegere. & eis
prouidere digneris. Te rog. aud. nos.
Vt cũctis hominib⁹ misereri digneris. T
Vt hostibus, persecutoribus et calumnia
toribus nostris ignoscere & eos ad te
conuertere digneris. Te roga. au. nos.
Vt fruges terræ dare & conseruare di
gneris, Te rogamus audi nos.
Vt nos exaudire digneris. Te rogamus.
Fili Dei, Te rogamus audi nos.
Agne Dei qui tollis peccata mundi. Mi
serere nobis.
Agne Dei qui tollis peccata mundi. Mi
serere nobis.
Agne Dei qui tollis peccata mundi. Do
na nobis pacem.

Christe Eleison.
Kirie Eleison.
Christe Eleison.

Scribe

CORRECT.

SCRIBE IN PSALMIS.

FOLIO TERTIO.

Sperate in Dominum. 4. Præ tristicia. 5. Iudica mihi, id est, pro me, quemadmodum & uetus interpres in Psalmo, Deus stetit &c. dixit, Iudicate egeno & pupillo, Et Esaiæ 1. Iudicate Pupillo &c. 28. E stabili. 50. Cognoscet? 54. In Rhamnum. 79. Et usq; ad flumen. 86. Miseriam. 90. Dicit DOMINO. 101. Deficiant. 105. Vt & fastidirent. 106. terra reatu, 107. Escam animæ. 108. Et de mirabilibus. 115. Calicem salutarem. 121. Persistit. 122. Sustenta me eloquio. 126. Sicut auis. 137. Quia affligor. 139. Sint fortes. 143. Sanctorum laudet eum. Ibidem. Exultent de Rege. 144. Laudate eum tympanis.

SCRIBE IN PROPHETIS.

FOLIO. 147. Sic coniunge, Steterunt cumulati fluctus, Ibidem, Sic distingue. Potenti, sancto &c. 156. Petra scandali. 157. Pro uiuis. 159. Sunt ex ipsis Assyrijs. Ibidem, In illo tempore dices, 180. Prophanaui. 172. Depinxi te. 174. Accincti flammis.

CORRECT.

mis. Ibidem. In dolore iacebitis. 176. Nulla causa abducitur. 185. Expectant Me. 187. ad consolandum. 193. Leo comedet. Ibidem, Hic autem iugulat. 201. Auare. 205. bona. 222. Dixi. Ibidem, Defecit. 253. pœnitens. 260. Mulieres. 261. Sol occumbet. 271. Tunc faciam. 276. Fugite ex terra. 313. ut ij trophæum.

Reliqua tu emenda, ut quando inuenis cum diphthongo Querelam, preces &c.

Symbolum Athanasij cum reliquum Carmine Eloco, ab Hyeronimo Osio Tyrigeta.

VVITTEMBERGAE.
EX OFFICINA
PETRI SEITZ.
ANNO. 1544.

Caeteri q vult homo [illegible]
Aestimet hac, alia no ratione [illegible]
Christus in humanos quoq; se ceu miserit artus,
Credat ut hoc stabili mente necesse putet.
Esse Deumq; hominemq; quem credere mentes
Vera fides aio non dubitante iubet.
Qui Deus est ex patre, refert hunc cuius imago,
Expers principij q sine fine manet.
Virgine vitales q matre creatus in auras
Mortali facie conspiciendus erat.
Qui Deus est vere, nostriq; e sanguinis ortu,
Atq; animae constans semine corpus habet.
Nam natura parem reddit divina parenti,
Hoc minor humana sed ratione manet.
Qui Deus ut sit homoq; duos tu esse fateri
Impietas, unum sed statuisse decet
Unum, haud, quod divina sua conversa relinquat
Vim natura, sed huic consociata caro est.
Unum haud, quod confusa statim substantia mutet,
Sedere nras sed sociante duas.
Namq; hominem ceu vis animae cum corpore reddit,
Sic Deus est, et homo Christus, utrumq; manet.
Qui nobis pariens probrosa morte salutem,
Tartareas lethi victor adiuit aquas.
Tertia sparsit ubi iam lux a funere terra
Surgere vi more hunc victa potente videt.
Iamq; redux altas caeli penetravit ad arces
Et patris ad dextram sede potitus ovat.
Hanc probet ut vivos, et luce carentia iudex
Agmina, tale gerens ille redibit opus.
Quo mortale suis e tumbis omne resurget,
Millib. innumeris iam redeunte genus.
Reddat ut excussis rationem iudice factis,
Sive pie fuerint, seu secus acta, Deo
Quae est ita fides, quam q non mente fideli
[illegible] salutis erit.

Toronie
Noiel

Anno Dni 960 ingens fames ob annonae ca-
ritatem fuit, et Arzo epus Maguntinensis am-
plum et latum stabulum egenorum hominum
copijs congregatis refertum, incendi et simul
comburi cum pauperibus, qui convenerant
spe alimentorum, curavit, talemq; ob im-
pietatem et erga Deum et erga proximum
a gliribus et muribus consumptus perijt.
Extant adhuc monimenta utpote Turris
in Rheno extructa in quam se frustra
absconderat. Der meuse thorn.

